This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

G 231

INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE
RI
TAS
The Gift of
Marg Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

THEBAIDIS CYCLICAE RELIQUIAE

DISPOSUIT

ET

COMMENTATUS

EST

ERNEST. LUDOVICUS DE LEUTSCH
DOCTOR PHILOSOPHIAE
SOCIETATIS PHILOLOGICAE GOTTINGENSIS
SODALIS.

GOTTINGAE,
SUMPTIBUS DIETERICHIANIS.
MDCCCXXX.

G 23/

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908.

PRAEFATIO.

Ante hos quinque annos condita est Gottingae auspiciis C. O. Muelleri, praeceptoris optimi, societas Philologica, quae ejusdem Muelleri suasu atque hortatu cyclicorum carminum reliquias colligere coepit. Qui conatus, quamvis nondum ad finem perductus sit, tamen me impulit, ut epici cujusdam poematis fragmenta disponerem atque commentarer. Mirentur sane harum rerum arbitri intelligentes, quid sit, quod Thebaidem prae ceteris elegerim, quum plura aliorum carminum adsint fragmenta, et miror ipse: animum enim ita occupatum tenebant Hesiodeorum carmi-

num fragmina, ut, si unquam aliquid scriberem, de Hesiodeae scholae poemate quodam commentationem me esse emissurum, apud me constituissem. At vero quum tandem aliquando opusculi partem exantlavissem, vidi atque intellexi, quae et quanta linguae atque mythologiae cognitio, quanta epicae poeseos et historiae Graecae scientia ab eo postularetur, qui cum fructu quodam in hac philologiae parte elaborare vellet. Itaque quae de hac re literis mandaveram, in futurum usum recondidi, quum autem mihi dissertatiuncula scribenda esset, et jam antea de Thebaide cogitassem, hanc, quantum fieri posset, pertractare decrevi. —

Verum ut intelligatur, quid in hoc opusculo debeatur societati et quid ipse praestiterim, pauca mihi sunt hac de re dicenda. Perscrutati sunt sodales hucusque plurimos scriptores, et exscripserunt, quae invenirent fragmenta. Quum autem ea plerumque excerpserint, quae aut nomine poetae vel carminis apposito primo obtutu ut e cyclico poemate hausta sese offerrent, aut alia, quae cyclicum carmen proderent, uti sunt ἐν κύκλῳ, παρὰ κυκλικοῖς cett., addita haberent, facile intelligitur, eos locos, ex quorum argumento de cyclicis esse cogitandum conjicere liceret, plane non esse collectos,

quum hoc is solus praestare possit, qui rem, cujus causa scriptores perlegit, plane habeat cognitam. Accedit, quod ne ea quidem, quae aperte e cyclicis poematis laudantur, jam omnia sunt excerpta, ita ut plura me ipsum addere oporteret, quam ob causam non contenderim, a me omnia quae nobis servata sunt Thebaidis fragmenta in hac dissertatiuncula allata esse, quandoquidem nemo est qui nesciat, quam facile accidere possit, ut unus alterve locus omittatur. Quae quum ita sint, jam facile, opinor, quae ipse addiderim, potest dijudicari, nec quidquam habeo, quod moneam, nisi ut hanc dissertationem primum quod in publicum edam esse opus, lector benevolus semper velit secum reputare.

Denique, si quae insunt in hac scriptione, quae placeant, haec debeo Viris amplissimis atque doctissimis, Mitscherlichio, Dissenio, Muellero, qui viri pro ea quae est eorum humanitas, mihi per totum quod in alma Georgia Augusta tempus degi, ita prospexerunt, ut, si illorum in me merita unquam obliviscerer, dignus essem, qui ingratissimus judicarer. Bene quidem teneo illis gratias a me referri tantas non posse, quantae debeantur; habendae autem sunt, quantas maximas animus meus capere possit: qua de causa spero fore, ut aliquando doctrinae

INDEX CAPITUM.

CAPUT I. De Thebaidis Inscriptione.

CAPUT II. De Thebaidis Ambitu quaeritur.

CAPUT III. De Thebaidis Auctore et Aetate.

CAPUT IV. Thebaidis Fragmenta.

CAPUT V. De Thebaide Judicium.

Caput I.

DE THEBAIDIS INSCRIPTIONE.

Thebaidis tituli quattuor afferuntur, Θηβαΐς, Θηβαΐς κυκλική, Ἀμφιάρεω ἐξελασία, Θηβαΐς μικρά, et quum saepe fiat, ut a re levissima ad gravissimas adscendatur, nos quoque primum quaeramus, quid sit, si parva Thebais citetur, intelligendum. Wuellnerus [1]) quidem dixit, se non curare, quod in Scholiis ad Sophoclis Oedipum Coloneum μικρά scriptum sit; verum nobis, accurate de carmine exponere cupientibus, hac de re verba facere necessarium videbatur, quum multos [2]), quid de carmine statuendum esset, valde dubitavisse animadverteremus; accedit, quod speramus fore, ut quaestionem ad liquidum perducamus. Etenim solus scriptor, cujus auctoritate fruitur parva ista Thebais, est Scholiasta ad So-

1) Fr. Wuellner, de Cyclo epico Poetisque Cyclicis Commentatio. Monaster. 1825. p. 61.

2) Schellenb. ad Antimach. Reliq. p. 79. Heyne ad Apollodor. III, 5, 9. Brunck. ad Sophocl. Oedip. Colon. 1369. Schuetz. Excurs. ad Aeschyl. Sept. contr. Theb. p. 406. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 392. O. Muell. Orchom. p. 225. Dor. T. I. p. 256. Voelcker Mythol. d. Japet. Geschl. p. 276. G. Muell. de cycl. epic. poetisq. cyclic. p. 70.

phoclis Oedipum [3]) Coloneum, apud quem haec leguntur: ταῦτα ὁ τὴν μικρὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως, ubi Hermannus [4]) et alii μικράν emendant; at id ipsum μικρήν, quod est etiam in antiquissima Anton. Varciniensis editione [5]), quae sit vera lectio monstrat et e codice parum diligenter inspecto hanc vocem fluxisse ostendit. Scribendum enim est κυκλικήν, uti primus perspexit Welckerus [6]), qui in eo solummodo errat, quod Triclinium falsae scripturae auctorem esse existimat, quum praebeant κυκλικήν Triclinii scholia, primum edita a Turnebo atque ad calcem editionis Sophoclearum tragoediarum annexa Paris. 1553., quorum inspiciendorum facultatem casu cuidam felici [7]) debeo; Turnebianam autem Sophoclis editionem Triclinii scholia continere, Fabricius [8]) hisce verbis docet: "Scholia graeca, quae e codice Aemari Rancòneti a Turnebo descripta ad calcem hujus editionis (Turnebianae Paris. 1553.) leguntur, plane diversa sunt a prioribus editionibus, primam Romanam (ann. 1518) sequutis et auctorem agnoscunt Demetrium Triclinium". Iste vero Triclinius [9]) ex antiquioribus Scholiastis hausit, neque metri exceptis aliquid solet mutare; tuetur igitur vocem κυκλικήν, et concinit cum Scholiis ex codice Lau-

---

3) Vs. 1377. Br. 1375 Elmsl.

4) Ad Sophocl. Oed. Colon. 1377, et jam ante eum Reisig. ad Soph. l. c.

5) Editio sine loco et anno.

6) Cf. Nachtrag zur Aeschyl. Trilog. Prometh. p. 149

7) In Georgiae Augustae bibliotheca scholia Triclinian a Turnebi editione Sophoclis separata et alii vo lumini annexa sunt, quod casu sane felici inveni.

8) Cf. Biblioth. Graec. T. I. p. 633. edit. 1788.

9) Vid. Boeckh. Praefat. ad Pind. T. I. p. XII. T. II p. XXVI. XXXV.

rentiano [10]) a P. Elmsleio editis, ut, quum ex eodem aut ex ejusdem saltim familiae codice descripta Scholia Romana videantur, confirmatum sit, sive editoris sive typographi Romani incuriae parvam deberi Thebaidem, quae nunc valeat, quia ei ne fragmenta [11]) quidem succurrunt. — Ἀμφιάρεω ἐξελασία ἢ εἰς Θήβας inter Homerica carmina a Fabricio [12]) refertur; infra [13]) iterum sermo erit de hoc titulo, qua de causa hoc loco sufficiat monere, Ἀμφιάρεω ἐξελασίαν esse indicem a grammaticis consutum [14]), quod satis superque e serioris aevi vocula, ἐξελασία, elucet: significatur autem eo nihil nisi pars quaedam Thebaidis. — Duas igitur inscriptiones jam rejecimus, videndum nunc, quid de tertia et quarta statuendum sit. Et locos quidem, ubi Thebais citatur, legenti, ultro se offert illa tituli varietas, qua carmen modo, Θηβαΐς modo Θηβαΐς κυκλική a scriptoribus [15]) nominatur: consentaneum autem

---

10) Cf. Gaisford. in praef. ad Schol. cit. p. III. edit. Lips.

11) Cf. infr. Cap. IV.

12) Cf. Barnes. fragm. Hom. p. 117. Clarke fragm. Hom. T. II. p. 778 sq. Fabric. Biblioth. Gr. T. I. p. 374. Harl. Fuhrmann Handb. der class. Literat. T. I. p. 129. — Auct. Vit. Homer. c. 9. Schweigh., p. 750. Wessel. καθήμενος δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ (Ὁμηρος) παρεόντων καὶ ἄλλων, τήν τε ποίησιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν ἔξελασίαν τὴν ἐς Θήβας καὶ τοὺς cett. — Suid. s. v. Ὅμηρος· —— Ἀμφιαράου ἔξέλευσις uti et Kuester. et edit. Colon. ann. 1619 legunt („Amphiarai exitus sive expeditio" est in edit. Colon. vers.) recteque Kuester. ad Suid. l. c. annotavit, idem significari hac voce atque in Vit. Homeri ἔξελασία.

13) Cf. Cap. IV. V.

14) Ex grammaticorum more: cf. Hemsterh. ad Lucian. Somn. 1.

15) Exempla vid. in Cap. IV.

est, vocem κυκλικήν eo demum tempore additam esse et addi potuisse, quo κύκλος [6]) revera adesset; ex cycli igitur aetate pendet aetas inscriptionum: at quum tam multae tamque variae adsint de cyclo epico [7]) sententiae, ut alii nonnisi vetustissima [8]) carmina cyclo isti adscribi posse judicent, alii contra etiam poemata seriore aevo confecta [9]) in eodem cyclo poni posse contendant, ego libelli mei fines excederem, si de hac re gravissima, quam me sustinere non posse fatendum, disserere vellem: verum quum a me postulari videam, ut si non opinionum et conjecturarum a Viris doctis propositarum judicium, tamen quid ipse sentiam, afferam, breviter sententiam meam

16) Adjectivum κυκλικός, indicare, carmen ad cyclum pertinere, docuit, quod jam per se patet, post Dodwell. Cycl. p. 801. Buttmann. ad Schol. ad Hom. Odyss. Addend. p. 575.

17) De Cyclo epico egerunt: Salmas. ad Solin. p. 595. G. Voss. Instit. Poet. Lib. I. p. 63. III. p. 132. edit. Amstel. 1697. Gyrald. de Poet. Gr. T. II. p. 47. Oper. edit. Lugd. Batav. 1696. Loens. Epiphyll. l. II. c. 4. in Gruter. Lamp. Crit. T. V. p. 300 sq. Casaub. ad Athen. VII. p. 277. Dodwell. de Cycl. p. 800 sq. Schwarz. Dissert. Select. p. 40 sq. Fabric. Biblioth. Gr. T. I. p. 378 Harl. Tychsen. ad Quint. Smyrn. Prolegg. p. LV. Heyne Excurs. I. ad Virgil. Aen. II. p. 264. id. in Tychsen et Heeren Biblioth. f. alt. Literat. u. Kunst. fasc. IV. Jacobs. ad Tzetz. Homer. cett. Prolegg. p. XVII sq. Creuzer. histor. Kunst d. Griech. p. 59. Wuelln. l. c., Henrichsen de carm. Cypriis 1827. Osann in Ann. qui dic. Hermes 1828 fasc. IV. C. O. Mueller in Gott. Gelehrt. Anzeig. 1828 p. 1821 sq. G. W. Mueller de cyclo epico poetisque cyclicis 1829, e cujus libri lectione nullum fructum percepimus; Nitzsch in Quaest. Hom. IV. p. 50. Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 417.

18) Wuelln. l. c. p. 16. 50.

19) Schwarz. l. c. p. 43 sq.

subjiciam. Et κυκλικοί quidem ii antiquitus nominabantur, qui eo consilio carmina componerent, ut aut in Trojanis fabulis decantandis [20]), ubi Homerus finem imposuisset, pergerent [21]), aut ea, quae ante tempus ab Homero descriptum facta essent, versibus celebrarent [22]). itaque Homerum quasi supplerent. Quorum in censum quum non veniat ob carminis argumentum Thebaidis auctor, his cyclicis non est annumerandus. Antoninis autem, imperatoribus Romanis, regnantibus, grammatici [23]) tum in suum tum in aliorum usum epicum compegerunt cyclum, i. e. in unum corpus redegerunt

20) Hoc firmavit C. O. Mueller. Gott. Gelehrt. Anzeig. l. c.; quo non cogimur Heynii cyclum Trojanum accipere, quem post Wuelln. l. c. p. 4. refutationem non debebat sequi G. C. Muell. l. c. p. 8.

21) Cf. Fr. Aug. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. CXXVI.

22) Exempla dat Proclus in Heeren. et Tychsen Biblioth. für alt. Kunst und Literatur. fasc. I. Inedit. p. 15.

23) Illo tempore studium carminum redigendorum valde viguit, uti hymni homerici probant, teste Schierenbergio, Ueber die ursprüngliche Gestalt der beiden ersten Homerischen Hymnen 1828 (cf. Jahn. Annal. Philol. et Paedagog. T. IX. p. 442); deinde carmina Hesiodea, ex quibus Catalogum mulierum et Eoeas, carmina plane diversa, in unum corpus confuderunt, quod manifestat Schol. ad Hesiod. Scut. Herc. ap. Petitum Legg. Attic. p. 460., apud Heinsium in Gaisford. Poet. Gr. Minor. T. III. p. 17., ap. Heinrich. Scut. Herc. Prolegg. p. LXIII. et p. 40 sq.: *Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν. καὶ σ'.*; aperte autem ad Eoeas pertinet initium Scuti. Catalogus vero et Eoeae quinque videntur in hac collectione continuisse libros: cf. Suid. s. v. *Ἡσίοδος* ibiq. Kuester. Hinc esplicanda Hesychii glossa: *Ἡοῖαι· ὁ καταλογος Ἡσιόδου.*

carmina, ex Homerica schola [4]) profecta, quae fabulas inde a Terrae ortu usque ad Telegonum, Ulixis filium, describerent [5]). In eo autem infuisse Thebaidem, manifestum est: intelligimus igitur, quando cyclica sit nuncupata Thebais, et huic rei non potest ita occurri, ut Pausaniam vocem κυκλικήν non adjecisse, Athenaeum [6]) vero illam addidisse dicatur. Apparet, nomen, quo ipse auctor carmen donaverit, fuisse "Θηβαΐς"; cave autem putes Θηβαϊκά carminis indicem fuisse, quia ejusmodi tituli a logographis demum adhibiti sunt [7]), et unicum carmen, quod contra afferri possit, Eumeli, ut vulgo dicitur, Κορινθιακά [8]) circa Olympiadem quadragesimam ortum esse docet Sinopes [9])

---

24) Quamquam videntur etiam Hesiodea infuisse ex eo genere carminum, quod Homerica schola non coluerat.

25) Cf. O. Mueller. Prolegg. p. 85. Wuelln. l. c. p. 7.

26) Athenaeus enim, Pausanias et Auctor Vit. Homer. aequales videntur: cf. Siebel. ad Pausan. T. I. praef. p. IV sq. Schoell. Geschicht. d. griech. Literat. T. I. p. 107. T. II. p. 508 ed. Germ.

27) Errat igitur Naeke ad Choeril. fragm. p. 79 et Choerilo adscribere debebat Περσηΐδα (cf. Choeril. p. 160) non Περσικά, eadem de causa Ἀμαζόνια non bene se habent, cf. Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 417. sed Ἀμαζονίς scribendum; qua in re Wuellnerus quoque saepius peccavit, cf. p. 65, ubi in cyclo fuisse Argonautica contendit, quod vix crediderim.

28) Cf. Wuelln. l. c. p. 48, et est e cyclicorum poematum numero eximendum.

29) Quamquam hoc non satis certum, quum Sinope secundum alios jam Ol. 7, 3. condita et Ol. 37, 1. novis tantum colonis aucta sit: cf. Raoul Rochette hist. des établ. Gr. T. III. p. 171. Certum autem est, post Olymp. 20. carmen confectum esse, quoniam Colchis commemoratur in fragmento: O. Mueller. Orchom. p. 274. Fortasse duo sunt distinguendi Eumeli, et Co-

mentio in fragmento hujus carminis facta. Cyclicam vero nos appellare solemus Thebaidem, quam tractamus, ut de quanam sermo sit, statim eluceat; potuissemus eam nominare Homericam; sed quum jam veteres cyclicam dixerint, melius duximus et in hac re veteres sequi auctores.

Caput II.

DE THEBAIDIS AMBITU QUAERITUR.

Quid comprehenderit Thebais, num utrumque bellum Argivorum contra Thebanos gestum, an solum prius, diu multumque dubitatum est [30]). Et utrumque bellum carmen continuisse, primus, quantum sciam, diserte proloquutus est Franckius [1]), quamquam hoc tetigit potius, quam ab omni parte firmavit. Pausaniam [2]) vero si accurate inspexeris,

rinthiaca ab eo sunt composita, qui secundum Clem. Alexandr. Stromm. I. p. 752. Sylb., ut Acusilaus, in prosam orationem Hesiodum vertit.

30) Cf. Schellenb. ad Antim. Reliq. p. 24 sq.

31) Vid. Callin. p. 22. quem secutus est Wuelln. l. c. p. 68. C. G. Muelleri fluctuat judicium.

32) Cf. IX, 9: *Τὸν δὲ πόλεμον τοῦτον, ὃν ἐπολέμησαν Ἀργεῖοι, νομίζω πάντων — — γενέσθαι λόγου μάλιστα ἄξιον* et bello utroque breviter descripto §. 3. pergit: *ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη, Θηβαΐς*; ita enim e palmaria Barnesii conjectura (ad fragm. Homer. p. 107), a Ruhnkenio ad Callim. fragm. T. I. p. 439 et a Siebelisio ad Pausan. l. c. probata, at ex errore Hemsterhusio tributa, scribendum puto et fateor me non intelligere, quo

Graecos omnino [3]) et prius Argivorum adversus Boeotos bellum et Epigonorum expeditionem pro uno bello habuisse, non negabis; nam ter de utroque bello ὁ πόλεμος dicit; tum Scholiasta ad Apollonii Rhodii Argonautica [4]) affert, ut Manto ab Epigonis Delphos missam esse affirmet, τοὺς τὴν Θηβαΐδα γεγραφότας [5]), unde Epigonorum bel-

---

modo defendere potuerit Wuelln. l. c. vulgatam allato Paus. X, 5, 4. Βοιῷ — ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς; constructionem enim illam sine dubio optime noverunt Hemsterhusius et Barnesius, sed correxerunt, quia falsa, ne dicam inepta, proferret Pausanias, si Θηβαίοις legeretur. Nam qui potest dici, Thebanis factum esse carmen, in quo Argivi celebrabantur et Thebani vincebantur?

33) Etiam Eustath. ad Hom. Il. IV, p. 484 Rom. non quaerit de bellorum Thebanorum, sed de belli Thebani causis.

34) I, 408. οἱ δὲ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες φασὶν, ὅτι ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἀκροθίνιον ἀνετέθη Μαντὼ ἡ Τειρεσίου θυγάτηρ εἰς Δελφοὺς πεμφθεῖσα cett. Cf. infr.

35) Qua citandi ratione permotus possit quis suspicari, ad nostram Thebaidem hanc narrationem non pertinere. At sine dubio scholia ad Apollonii Argonautica, quae nunc habemus, ex aliis scholiis ab Alexandrinis, qui ipsa carmina, quae afferebant, inspicere poterant, compositis fluxerunt, quae quum seriores excerperent et loco nostro plures Thebaidis auctores allatos invenirent (dubitarunt videlicet jam veteres, quis pro auctore sit habendus eaque de causa inter complures optionem eligendi dederunt) scripserunt aut incuria aut falsa brevitatis studio ducti οἱ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες, uti alia quoque carmina, quorum auctores, etiam si non ignoti erant, tamen dubii videbantur, afferuntur, οἱ τὴν Οἰδιποδίαν γραψάντες: Schol. ad Eurip. Phoeniss. 1748. οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί: Schol. Victor. ad Hom. Il. XVI, 57. οἱ τὴν Ἀνθίδα συγγράψαντες: Strab. V. p. 339. Hujus autem rei causam eam esse, quam attulerim,

lum carmini, quod prius bellum caneret et Thebais nominaretur, etiam infuisse, non autem plane contra epicae poeseos indolem ac naturam episodii instar insertum [6]) esse, clare elucet. Hero-

---

demonstrant inter alia Schol. ad Eurip. Orest. 1376 collata cum Schol. Vatic. ad Eurip. Troad. 822. et Schol. I et II, ad Aristoph. Equit. 106. Si igitur Wuelln. l. c. p. 59. et Henrichs. l. c. p. 12. pluralem pro singulari numero positum esse dicunt, accurate rem non exponunt; rectius vero sine dubio judicant quam Thiersch. in Denkschr. d. Muenchen. Acad. 1813. p. 32 (cf. infr. not.) hoc usu loquendi plures unius carminis auctores significari contendens; namque de omnibus illis carminibus certo scimus, unum, qui ea composuerit, extitisse, quum ὁ τὴν Θηβαΐδα κυκλικὴν πεποιηκώς afferatur ab Athen. XII. p. 465. F. ὁ τὰ ἔπη, ἃ Οἰδιπόδια ὀνομάζουσι Ἕλληνες ποιήσας a Pausan. IX, 5, 5. ὁ τὰ Κύπρια ποίησας ἔπη ab Athen. VIII. p. 334 C, quae vero ipsa citandi ratio ex eadem supra notata levitate nata est; nam quum, ut apud Schol. ad Homer. Il. I, 5. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Στασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκότι scriptum esset, alius ut Athen. XV. p. 682. E ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς appinxit: cf. Werfer. in Act. Philolog. Monac. T. II. fasc. 4. p. 500. 555. Verum etiam alia ratio, cur ita, qui talia literis mandarent, scripserint, excogitari potest, nisi maximam partem Scholiastae essent, de quibus h. l. sermo instituitur. Facili enim negotio observatur, fuisse in poematis, quae de eisdem rebus ac fabulis seriore tempore componerentur, nonnulla, in quibus describendis seriores a carminibus vetustis non dissidebant, et semper certae quaedam res eodem modo celebrabantur; si igitur dicitur v. c. "οἱ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες" inter omnes Thebaidum auctores de hac re convenire significaretur. Plures Thebaides affuisse, infra videbimus; Oedipodiam, composuit Meletus (fuit scilicet tetralogia): Siebel. ad Pausan. IX, 5, 5. Welcker. Aeschyl. Tril. Prometh. p. 527. Boeckh. ad Corp. Inscriptt. T. I. p. 350, de Cypriis cf. Henrichs. l. c. p. 13.

36) Sententia C. G. Muelleri l. c. p. 68.

dotus [7]) quidem primo adspectu Epigonorum expeditionem ut carmen integrum citare videtur; at quum, si recte locus iste explicatur [8]), Ἐπίγονοι nihil sint, nisi pars Thebaidis, non obstat sententiae nostrae. Argumenta autem majoris quam modo prolata momenti, quibus unum carmen et Thebaidem et Epigonos complexum esse demonstratur, ipsa nobis servata suppeditant fragmenta, modo accurate explicentur et continuatio seriesque rerum in carmine propositarum quantum fieri potest enucleetur. Incipit enim Thebais:

Ἄργος ἄειδε θεά, πολυδίψιον, ἔνθεν ἄνακτες.

De Argis igitur pangere vult poeta: quo autem modo, quod exorsus est, pertexere potest, si Argivorum clade poema finitur, si laudatissimi Argorum heroes interficiuntur, Argivusque exercitus terga vertere coactus tam celeriter fugam capessit, ut caesos vix queat sepelire? Nam quisque, opinor, hoc mecum pugnacissime defendet, carmini, quo summum urbis splendorem laudibus efferendi opera datur, ibi prorsus nequire finem imponi, ubi civi-

---

37) IV, 32. Ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ (scil. περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα) ἐν Ἐπιγόνοισιν, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὁμήρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Ultima verba pro spuriis habet Fr. A. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. CLVII, quae non offenderunt Bentlej. Epist. ad Mill. p. 504, ed. Lips. J. H. Voſs Weltkunde in Jen. Litter. Zg. 1804. p. XX; Wuellneri judicium l. c. p. 67. prolatum fluctuat, et Schweigh. ad Herod. l. c. et Schubert de Hyperbor. p. 30. tantum se Wolfio non adstipulari dicunt. Ego putaverim verba germana esse, quum etiam alias suum interponat Herodotus judicium: cf. II, 117. — Cf. infra.

38) Herodotus enim saepissime citat tantum carminum partes: cf. II, 116. ἐν Διομήδους ἀριστείᾳ, cf. ib. Schweigh.; Pausan. IX, 18, 5. e Thebaide affert τὰ ἔπη τὰ ἐς τὴν Παρθενοπαίου τελευτήν. Schol.

tas publicum malum perpetitur pessimum, sed exitum, etiam si non ab omni parte urbi, quae celebratur, esse potest jucundus, tamen talem necessario flagitari, qui urbem victricem extollat, quum alias prorsus non efficiatur, ut id, quod non solum in Graecis carminibus, sed in quovis bono requiritur, carmen praestet, dico unitatem, tam egregie ab Dissenio [9]) Graecis poematis restitutam firmatamque. Si igitur, ut e carminis initio patet, Argi celebrantur, quaenam in priore bello esse possit unitas, non perspicio; quaeri quoque debet, num omnino hoc prius bellum per se spectatum e Graecorum notionibus materiam carmini epico potuerit praebere: nos certe negamus. Et uti Ilias Homeri tum absolvitur [40]), postquam Achilles caeso hoste capitali summam sibi comparavit gloriam et ejus in Agamemnonem Graecosque ira plane fracta est, ita Thebais quoque tum demum poterat finiri, quum Argivi Thebanos, adversarios inimicissimos, vicissent et in summam claritudinem ipsi pervenissent. Idea igitur primaria haec fere fuerit necesse est: Adrastus et Argivi, Polynicem in regnum paternum restituere agitantes, bellum adversus Thebanos gerere decernunt: quum autem et is, propter quem bellum suscipiunt, Diis sit invisus atque a

---

ad Apollon. Rhod. Argon. I, 977. *Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ*; quinimo citat Schol. ad Pind. Pyth. IX, 6. *ἀπὸ δὲ Ἡοίας Ἡσιόδου τὴν ἱστορίαν ἔλαβε ὁ Πίνδαρος* cett., quod conferri potest cum Cicer. Brut. 15, 58. "est igitur sic apud illum in nono, ut opinor, annali" cett. i. e. in nono libro Annalium. — Cf. Welcker. Aeschyl. Tril. Prometh. p. 64.

39) Cf. Gotting. Gelehrt. Anzeig. 1827. p. 35 sq.; cf. Baumgarten Crus. in Jahn Annal. Philol. et Paedag. T. IX. p. 92 sq.

40) Cf. Dissen. l. c. p. 38 sq. Welcker. Aeschyl. Tril. Prom. p. 429 sq.

matris furiis exagitatus vexatusque, et ipsi Argivi Deorum signa monitusque Amphiarai contemnant, expeditio, licet causae, propter quas incipitur, sint justae, id quod voluit, non assequitur; interficiuntur Duces,

Ἄδρηστον δὲ μόνον θέος διέσωσεν Ἀρείων [1])

ut unus adsit, qui quum Epigonos ducat, tum Thebanos, quos e prioris belli periculo celeberrimum Menoecei facinus eripuerat, vincat et supprimat. Quae quum ita sint, plura apparet infuisse in Thebaide, i. e. in prioris belli descriptione, quae ex altera carminis parte explicarentur, et in Epigonis sat multa, quibus e Thebaide lux affunderetur. Accedit, quod Epigonorum initium

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι

Thebaidem cum Epigonis arcte conjunctam fuisse extra omnem dubitationem ponit. Complexa igitur est utramque bellum Argivorum contra Thebanos Thebais, et si quaeris, qui factum sit, ut ab autore certaminis Homeri et Hesiodi carmina afferrentur singula Thebais et Epigoni, hujus rei facile ratio reddi potest; modo memineris, eodem modo Leschis [2]) Ἰλιάδα μικράν et Ἰλίου πέρ-

---

41) Hic versus, si versus fuit, non pertinet ad nostram Thebaidem: cf. Barth. ad Stat. Theb. II, 197. qui secundum Codicem Palatinum versum Antimacho tribuit; restituit eum Mitscherlich. Epist. Critic. p. 53., cf. Heyne ad Apollod. T. II. p. 253. Schellenb. ad Antim. Reliq. p. 68. Nos non putamus, ex Apollodori verbis versum esse eliciendum, quum nimis redoleat prosam orationem, quamquam talibus defendi possit, qualis est Hesiodeus, ap. Dindorf. p. 79.

Νέστωρ οἷος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ.

42) Cf. Hermann. ad Aristot. Art. Poet. p. 172. Francke Callin. p. 22. Plehn. Lesbiac. p. 136.

τιν sejunctas esse; deinde carmen ipsum in duas partes per se quasi distribuitur. Contra haec non pugnat, quod Welckerus [3]) affert, Aeschylum trilogiam nomine Epigonorum insignitam composuisse, quum ex uno eodemque carmine epico saepe plures exortae sint trilogiae [4]); neque Schlegelius [5]) conjecturam, carmen Ἐπίγονοι esse celeberrimum et de hoc loqui Pausaniam, ullo loco e veterum scriptis desumpto firmavit, ut, quum ipse titulus, Θηβαΐς [6]) arguat, Epigonos et Thebaidem unum carmen efficere, nihil obstet, quo minus hanc rem dicamus confessam. — Mirari autem quis possit, quid sit, quod fere solos Argivos commemoremus, Thebanos vero silentio praetereamus. At Argos in carmine nostro prae primis celebrari, jam demonstravimus, et maximam quidem partem ex carminis initio; ex eodem vero carminis initio dilucide emergit, quales fuerint fabulae, quas unice celebrandas sibi sumpserit Thebaidis auctor, Argivas dico, cujus rei causa in poetae patria quaerenda est, qui, quum in colonis ab Argivis sive Achaeis conditis vitam degeret, narrationes civibus maxime adamatas decantavit. Neque aliter egit in Iliade et Odyssea [7]) Homerus, qui in Iliade se Achillis iram celebraturum esse professus, Grae-

43) Vid. Aeschyl. Trilog. Prometh. p. 372.

44) Cf. Aristot. Art. Poet. c. XXIII, 7.

45) Geschicht. d. Poes. d. Griech. u. Roem. T. I. P. 1. p. 200; vid. Franck. Callin. p. 22.

46) Etenim tituli carminum a populis vel urbibus derivati et in - ίς aut - άς exeuntes semper a capta urbe vel a subacto populo formantur, uti probant Ἰλιάς, Ἀμαζονίς, Αἰθιοπίς, Περσίς cett.

47) Non autem hac de causa cum Baumgarten-Crusio duo cycli mythici, ut ita dicam, statuendi sunt: cf. Jahn. Annal. Philol. et Paedag. T. IX. p. 98.

corum gloriae magis consuluit quam Trojanorum [48]) ita autem in Graecis fabulis exornandis versatus est, ut illius urbis sive stirpis, cujus civis esset, fabulas et narrationes secutus sit, quapropter apud eum ea, quae Hesiodus [49]), alii, e patriis fabulis in suum usum converterunt, non repperiuntur. Clarum hujus rei exemplum attulit C. O. Muellerus [50]) de Ajace, cui hoc solummodo addamus, etiam in Eoeis ab Hesiodo semper hunc heroem Aeacidis adnumerari et cum Achille arctissime conjungi. Firmat vero nostram de Thebaide sententiam egregie Pausanias [51]), quum quo modo The-

---

48) Aliter quidem Schubarth Ideen üb. Homer. u. sein Zeitalt. p. 218. 220 sq. 224 sq. At cf. V. D. in Ann. qui dicuntur Hermes. a. 1821. fasc. 4.

49) Hic enim sequutus est fabulas Boeoticas, Locrenses, qua de causa in multis discrepat ab Homero; ut unum afferam, ab Homero constanter Agamemnon dicitur Atrei filius, ab Hesiodo contra Plisthenis: Eustath. ad Hom. Il. I. p. 20. Rom. *Ἀτρείδην δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα οὐ πάντες ἱστοροῦσιν· Ἡσίοδος γὰρ καὶ ἕτεροι Πλεισθένους αὐτὸν γενεαλογοῦσιν.* Idem tradit Schol. Bekk. ad Hom. Il. I, 7. et fusius ab eodem enarratur ad Il. II, 249. cf. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 354 sq. Hinc dicitur Orestes *Πλεισθενίδας* a Stesichoro ap. Plutarch. de ser. numin. vind. T. II. p. 555. A. fragm. XLIII. Klein. si veram interpretationem proposuit Neue in Berlin. Jahrb. f. Wissensch. Krit. 1829. p. 740., quam contra non contemnenda monuit Welcker in Jahn. Ann. Philol. et Paedag. T. IX. p. 262.

50) Cf. Gött. Gelehrt. Anz. 1828. p. 1819. add. C. O. Muell. Aeginet. p. 22. Dissen ad Pind. Nem. V. T. II. P. 2. p. 394 sq. ad Isthm. V. l. c. p. 526 sq. Welcker in Jahn. Annal. Phil. et Paed. T. IX. p. 271 sq. in Mus. Rhenan. 1829. fasc. 1. — De Eoeis cf. Schol. ad Pind. Isthm. V, 55.

51) Cf. IX, 18, 4. *καὶ ὁ Ἀσφόδικος οὗτος ἀπέκτεινεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Ἀργείους Παρθενοπαῖον τὸν*

ani de Parthenopaei caede atque interfectore enarent, opponat eis, quae de eadem re a Thebaidis auctore afferuntur. —

Affertur denique Thebais in inscriptione Borghiana [2]) — — ΤΕΣΕΠΩΝΟΥΣΑΝΕΧΥΙΟΘΗΣΟΜΕΝΘΗΒΑΙΔΑ — —, unde vero, uti am Heerenius [3]) observavit, non potest colligi, nostrum carmen ex 5600 versibus constitisse, quum numeri isti etiam ad carmen, quod antea in tabula nominatum erat, referri possint. Cyclicam Thebaidem autem sine dubio in mente habuit, qui inscriptionem illam fecit, quod et negat [4]) et concedit [5]) Wuellnerus, qui quidem inconsiderate egit, quod Heerenium carmina, quae in tabula Borghiana commemorantur, cyclica esse contendentem [6]) reprehendit [7]), quum poemata illa ad unum omnia ad cyclum debeant referri neque quisquam ostendere potuerit unum eorum e cyclicorum numero esse eximendum. In scholis autem, quamquam non sola, tamen inter alia lecta sunt carmi-

---

Ταλαοῦ, καθὰ οἱ Θηβαῖοι λέγουσιν. ἐπεὶ τά γε ἐν Θηβαΐδι ἔπη τὰ ἐς τὴν Παρθενοπαίου τελευτὴν Περικλύμενόν φησι τὸν ἀνελόντα εἶναι. Ita in Cypriis Stasinus sine dubio multa secundum fabulas Cyprias narravit.

52) In Heeren. et Tychsen. Biblioth. f. alt. Liter. u. K. fasc. IV. p. 57 sq.

53) Biblioth. l. c. p. 58.

54) Wuelln. l. c. p. 39. 40. 41.

55) Wuelln. l. c. p. 62. Cf. Tychsen. Prolegg. ad Quint. Smyrn. p. LX.

56) Heeren. Bibl. l. c.

57) Wuelln. l. c. p. 41.

na [58]) cyclica, quod quum multa probant [59]), tum nostra tabula, cui Iliacae [60]) auctoritas accedit.

Caput III.

DE THEBAIDIS AUCTORE ET AETATE.

Thebaidem carmen fuisse, quod scholae Homericae in Graecis insulis et in Asiae minoris Graecis coloniis [61]) florenti adjudicandum sit, inde elu-

58) Bouchaud l. c. (cf. Not. 17.) p. 46. Bernhardy Wissensch. Synt. d. Griech. Sprach. p. 4.

59) Cf. infr. Cap. V.

60) Welcker, in Jahn. Annal. Phil. et Paed. T. IX. p. 255 sq.

61) Discernuntur duae scholae poetarum epicorum, quarum uni caput est Homerus, alteri Hesiodus, et jam inest, si recte observavit Welcker. in Schwenck. Mythol. Etymol. Andeut. p. 334., in his nominibus scholarum significatio; prius autem nomen eos exprimit poetas, qui Odysseam atque Iliadem imitantur et in Asia minore atque in insulis degunt: Pisander est Camireus: O. Muell. Dor. T. II. p. 475. Stasinus et omnes, quibus Cypria adscribuntur, Cyprii: Henrichs. l. c. p. 10 sq., Creophylus, qui ipsum Homerum hospitio excepisse traditur, Samius: Panofc. Rer. Sam. p. 87. Lesches Mitylenaeus: Plehn. Lesbiac. p. 132 sq. Arctinus Milesius: Cyrill. adv. Julian. I. p. 17. Phocaeus dicitur Thestorides Schol. Vatic. ad Eurip. Troad. 822. — alterum eos complectitur, qui Hesiodum caput agnoscunt et in ipsa Graecia degunt, uti ipse Hesiodus: Wolf. Prolegg. ad Hom. p. XLII. Heinrich. Scut. Her-

:ere videtur, quod auctor Homerus [2]) dicitur. Nam veteres etiam si saepe nescirent, quis re vera

---

cul. Prolegg. p. XLIV. Thiersch. in Denkschr. d. Muench. Academ. 1813. p. 4 not. p. 31 not.; Eumelus est Corinthius, Weichert ueb. Apollon. Rhod. Leb. u. Schr. p. 184 sq. C. O. Muell. Handb. d. Archaeol. p. 35., Cinaethon, Lacedaemonius; Weichert. l. c. p. 239. C. O. Muell. Prolegg. p. 65. Chersias Orchomenius: C. O. Muell. Orchom. p. 18. 211. Carcinus Naupactius: Pausan. X, 38, 6. quorum omnium casu miro oblitus est Baumgarten-Crus. in Jahn. Ann. Philol. et Paed. T. III. fasc. 2. p. 13.; add. Heinrich. Epimenid. p. 139. Haec pertinent ad argumenta, quibus scholas affuisse demonstratur, quarum in rationem si accuratius paulo inquisivisset Kleine, Stesich. fragm. p. 12 sq., sect. IV. melior evasisset.

2) Pausan. IX, 9, 3. cf. infr.; Homerum pro carminis auctore habent Auct. Certamin. Hom. et Hesiod. p. 429. Loesn., Tzetz. apud Bentl. Epist. ad Mill. p. 505. ed. Lips. cui adstipulatur Clarke fragm. Hom. T. II. p. 780. Cf. Cap. IV. Hujus rei fontem facile possumus investigare, quum Procl. Vit. Hom. in Heer. et Tychsen. Biblioth. f. alt. Lit. u. K. fascic. I. Inedit. p. 11. dicat: *οἱ μέντοι ἀρχαῖοι καὶ τὸν κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν* (sc. *Ὁμηρον*) unde certa fit Welckeri observatio, cf. Aeschyl. Tril. Prom. p. 484; cf. Naeke ad Choeril. fragm. p. 64 sq. Grauert in Mus. Rhenan. T. I. p. 204. 209. Wuelln. l. c. p. 5. Deinde callide annotavit Procl. praefat. ad Hesiod. p. 4. Gaisf. *Ὅμηροι γὰρ πολλοὶ γεγόνασιν ἕτεροι, ζήλῳ τοῦ πάλαι τὴν κλῆσιν λαμβάνοντες*, et Homerum expressum esse a Thebaidis auctore, nemo dubitat. Tum Dionysius cyclographus (de quo antiquiores: G. Vofs. Histor. Gr. p. 58 b. 109 b. 198 b. edit. Amstel. 1699. Salmas. Exercitt. Plin. p. 495. E. Casaub. ad Athen. VII. p. 277. 481. Dodwell. de cycl. p. 800. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 378. Harl. Schwarz Dissert. Select. p. 46. Heyne de fontt. Diodor. in Commentt. Gotting. T. VII. p. 94. id. ad Apollod. T. II.

certum quoddam composuisset carmen, tamen in eo vehementer excellebant, quod, in quanam schola exortum illud esset, accuratissime semper poterant definire, cujus rei vestigia cum alias tum

---

p. 355. ad Virgil. Aen. T. II. p. 265 sqq. Schweigh. ad Athen. T. IV. p. 24. Bouchaud. l. c. p. 55. Creuzer. ueb. histor. Kunst. d. Griech. p. 74. Weichert. ueb. Apoll. Rhod. p. 175. Wuelln. l. c. p. 8 sq., omues errarunt; Boeckh. autem ad Pind. T. II. P. 2. p. 233. primus monuit, Samium esse ab Milesio secernendum, quem sequuti sunt: Panofk. Rer. Samior. p. 94. C. O. Muell. Prolegg. p. 95. Hoeck. Cret. T. I. p. 57. T. II. p. 40. Henrichs. l. c. p. 92. et nunc Welcker in Seebod. Arch. für Philol. u. Paedag. 1830 Nr. 9. totum locum lucide atque egregie pertractavit) dixit Homerum vixisse belli Thebani tempore cf. Tzetz. Exeg. Iliad. p. 150: *Διονύσιος ὁ κυκλογράφος τὸν Ὅ — — ἐπ' ἀμφοτέρων φησὶν εἶναι τῶν στρατ — — βαϊκῆς καὶ τρωϊκῆς*, quem locum Osann. in Ann. qui dic. Hermes 1828. fasc. II. p. 195, aliis reliquit restituendum; quum autem sit in Procl. praefat. ad Hesiod. p. 7. Gaisf. (Poet. Gr. Minor. T. III.) *Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν τὸν παλαιὸν Ὅμηρον ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν καὶ τῆς Ἰλίου ἁλωσέως*, in Tzetzae l. c. lego: *Διονύσιος ὁ κυκλογράφος τὸν Ὅμηρον ἐπ' ἀμφοτέρων φησὶν εἶναι τῶν στρατειῶν Θηβαϊκῆς καὶ τρωϊκῆς*. — Denique carmina ab Homeridis profecta saepe adscribuntur Homero, Cypria: cf. Henrichs. l. c. p. 8 sq. *Οἰχαλίας ἅλωσις*: Wuelln. l. c. p. 54. *Ἀμαζονίς*: cf. Wuelln. l. c. p. 57. Leschis Ilias parva: cf. Wuelln. l. c. p. 89; *Νόστοι* cf. Wuelln. l. c. p. 94. Eodem modo Hesiodo tribuuntur carmina, quae ab ejus discipulis confecta sunt, uti Catalogus Mulierum al. ut veteres ipsi jam animadverterunt, qua de causa Pausanias nusquam Eoeas Hesiodo adjudicat: cf. Siebel. ad Paus. IX, 31, 4. p. 102. et Lucianus dicit Dissert. c. Hesiod. c. 4. *μηδὲν ἐστι τῶν ἐρραψῳδημένων ἀπ' ἐμοῦ*. (i. e. *Ἡσιόδου*) Cf. Aelian. Var. Hist. XII, 36. et Pausan. IX, 31. 4. coll. IV, 2, 1.

maxime in Scholiis Venetis ad Homeri Iliadem hic illic dispersa inveniuntur, quod tum inprimis usu venit, ubi antiqui critici versus ab Homero non compositos esse, utpote qui ἡσιοδεῖον χαρακτῆρα [3]) prae se ferant, contendunt. Verum enim vero etiam rerum, quae canuntur delectus [4]) suadet Homericae scholae carmen nostrum adscribere, quum Homeridae [5]), qui, ex Graecia oriundi, in colonia cum terrae urbisque patriae tum rerum a patriae regibus [6]) gestarum gloriam summo opere praedi-

---

63) Cf. Schol. Venet. ad Hom. Il. Σ, 38. Ω, 614-617., 624. Phot. Biblioth. Cod. 190. Bekk.

64) Cf. Hermann. Opusc. T. I. p. 132. O. Mueller. in Goett. Gelehrt. Anz. 1828. p. 1821 sq.

65) Post Trojae expugnationem Aeoles e septentrionalibus Thessaliae et Achaei ex australibus Peloponnesi regionibus pulsi iter in Boeotiam et Thraciam, quae tunc dicebatur (cf. C. O. Muell. Orchom. p. 377 sq. Dor. T. I. p. 9. Macedon. p. 11. Bode Orph. p. 109. J. H. Voſs ad Hom. Hymn. in Cerer. p. 12. Wachsm. Hellen. Alterthumsk. T. I. P. 1. p. 33 sq., indolem vero, Thracum non satis Schlegel Gesch. d. Poes. d. Griech. u. Roem. T. I. P. 1. p. 11 sq. perspexit, ut e laudatis VV. DD. scriptis sequitur) tendunt, Strab. IX, p. 631. et subactis incolis partim in Thracia remanent, partim cum Thracibus conjuncti, insulas propinquas tumque Asiam minorem petunt et ibi multas colonias condunt: Dissen. Gött. Gelehrt. Anz. 1827. p. 26 sq. Wachsm. Hellen. Alterth. T. I. P. 1. p. 98 sq.

66) Qui erant Achaei. At in Asia minore, quum Graeci in illis regionibus, ubi heroes, quos summo opere celebrabant atque honorabant, quos omnibus laudibus ornabant et cumulabant, summam sibi gloriam collegerant, ipsi versarentur, qui potest cuipiam mirum videri, si ibi poesis in patria jam terra culta valde efflorescere inciperet et ad talem mox eveheretur perfectionis gradum, ut patriae poeseos splendorem si non perderet plane, tamen minueret at-

care neutiquam abstinebant, carmina componere studuerint, quae, quantum ipsi valerent, ad regulas ab Homero positas se applicarent, unde quantum interfuerit inter haec et Hesiodea necesse est appareat. Neque vero inventu difficile hoc erat et arduum, quoniam in eo potissimum Homerica differunt ab Hesiodeis, quod in illis personarum facta eorumque agendi ratio quam vividissime depingitur [7]), et nullo plane loco actio, quam dicunt, desideratur, in his vero magis perlucet studium didactica [8]), ut ita dicam, carmina componendi, quo illa ipsa actio et alacritas reprimitur valde. Quae si quis attente percogitaverit, eum cuinam scholae adjudicanda sit Thebais, non putaverim diu posse dubitare et Thierschii [9]) in ipsa Graecia viventi

---

que infringeret? Cf. Dissen. l. c. p. 27. V. D. in Ann. q. dic. Hermes 1821. fasc. IV. p. 333. Weisse ueb. Stud. d. Homer. p. 161 sq.

67) Inde est explicandum, cur in Homero semper personae introducantur dicentes, quod an factum sit in omnibus Hesiodeis carminibus, valde dubium est; in Theogonia rarissime loquuntur, qui describuntur; eodem modo videtur res se habuisse in Eoeis; de Catologo mulierum valde dubia res est.

68) Cf. Thiersch in Denkschr. d. Münch. Acad. l. c. cui recte adstipulatur Passov. in Jahn. Annal. Philol. et Paedag. T. I. p. 153; his sine causa obloquutus est Schoell. Gesch. d. griech. Literat. T. I. p. 130. ed. Germ. Neque vero mihi quis objiciet in locis allatis tantum de Oper. et Dieb. dici, quum hoc carmen Hesiodeorum sit antiquissimum, Pausan. IX, 31, 4. Thiersch l. c. p. 32. Schlegel. l. c. p. 181 sq. et ex veterum testimoniis pulcherrimum; cf. Schlegel. l. c. Dissen Explicatt. ad Pind. T. II. P. 2. p. 528. Carmen quod Eumelo tribuitur, Bugonia, etiam est ex mea sententia carmen agricolare cf. Weichert. l. c. p. 191. Beckmann. ad Antig. Caryst. p. 36.

poetae carmen adjudicantis sententiam assensione comprobare, quandoquidem et auctor et argumentum, quod quidem sine dubio Thierschium ad modo prolatam opinionem adduxit, contra illam pugnent. Et non solum Homericum carmen fuit, sed inter multa, quae ex hac schola orta sunt, id fuit, quod ad praeceptoris carmina proxime accessit, ut Pausaniae [70]), cauti in ejusmodi rebus atque egregii arbitri [1]), judicio confisi, confidenter pronuntiamus. Quum vero de Pausaniae loco, qui huc pertinet, quae nobis disputanda sunt, arcte cohaereant cum quaestione, quonam tempore composita sit Thebais, hanc pro viribus tractabimus. Circumspicienti mihi, num quid forte invenirem, quod disquisitioni nostrae viam monstraret, primo se obtulerunt Hyperborei, quorum mentio [2]) in ea Thebaidis parte facta est, quae Ἐπίγονοι vocatur. Populum hunc — liceat uti hoc verbo — in Graecorum notitiam venisse circa Olympiadem tricesimam, si ex J. H. Vossii [3]) sententia esset statuendum, carmen non potuisse ante hanc Olympiadem confectum esse in promtu est; at vero fabulae de Hyperboreis, ut multis argumentis docuit O. Muellerus [4]), antiquissimae sunt, et Herodotus nihil agit, nisi ut primos, qui

---

69) Cf. Denkschr. d. Muench. Acad. l. c. p. 32; idem credere videtur Franck. Callin. p. 22.

70) Cf. IX, 9, 3. cf. infr.

71) Cf. Siebel. ad Paus. T. I. praef. p. XI. Thiersch. l. c. p. 25.

72) Herod. IV, 32. ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι: et si antiquiores potuisset excitare testes Herodotus, hoc certe fecisset. Cf. supr. not. 37.

73) Cf. Weltkund. in Jen. Liter. Zeit. l. c. p. XX.

74) C. O. Muell. Dor. T. I. p. 267 sq. Prolegg. p. 419, ubi recte Alcman affertur (ex Schol. Sophocl. Oed.

inter Graecos populi mentionem injecerint, breviter indicet. Sunt illi Hesiodus [5]) et Homerus in Epigonis, si carmen hoc ab Homero est profectum. Quod si causam quaeris, cur Homerum non existimet auctorem Herodotus, illa in eo indubitate sita est, quod carmen ab Homerida compositum esse aut certe sciebat, aut hoc ex carminis indole conjiciebat. Neque possumus facere, quin, post Olympiadem tricesimam, ubi ut e Leschis [6]) carminibus, quae immeritis laudibus extulit Jacobsius [7]), cognoscimus, epica poesis degenerabat, lyrica [8]) vero florebat, carmen ortum esse credamus, quod Homerica si non superaret, tamen pulchritudine fere aequipararet. Et hic ipse Pausaniae locus, cui hanc de Thebaide notitiam debemus, quaestioni

---

Colon. 1248. fr. CXXIII. Welck.) — Cf. de Hyperboreis Uckert. Geogr. der Griech. u. Roem. T. II. P. 1. p. 237. Schubert de Hyperbor. 1826, qui non satis refutavit Vossium.

75) Idem ex Hesiodo affert Schol. ad Aeschyl. Prom. Vinct. 803; conjicerem hoc infuisse in Catalogo mulierum, quum res, [quae ad historiam et geographiam spectant et ex Hesiodi libris citantur, plerumque ex hoc poemate haustae sint. Accedit, quod in Catalogi libro tertio de Argonautarum expeditione: cf. Harpocrat. s. v. *Μακροκέφαλοι ἔθνος — οὗ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ γυναικῶν καταλόγῳ μέμνηται.* cf. Phot. Lex s. v. *ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες.* Schol. ad Apoll. Rhod. Arg. II, 181. *Ἡσίοδος μὲν ἐν τῷ γ' τῶν καταλόγων πεπηρῶσθαι φησὶ τὸν Φινέα — — διὰ τὰ ζωὴν μακρὰν ὄψεως μᾶλλον ἑλέσθαι;* et de Ulixis erroribus (J. H. Vofs. Weltk. l. c. p. XXII.) dixit.

76) Lesches vixit circa Olymp. XXX: cf. supr. not. 61. Wuelln. l. c. p. 88.

77) Cf. Prolegg. ad Tzetz. Hom. cett. p. XXI sq.

78) Alcman. Stesichorus. Schoell. Gesch. d. griech. Lit. T. I. p. 147 sq.

lucem affundit. Etenim quum primis Olympiadibus [9]) scholam Homericam maxime floruisse probabile sit, non dubito, quin carmen, Homericis simillimum, hoc ipso tempore compositum sit, nam ἐν τοῖς πάνυ παλαίοις τοὺς τοῦ κύκλου ποιητὰς τιθέασι, Clemens Alexandrinus dicit [80]); accedit, quod omnes res, quae in carmine nostro descriptae repperiuntur, dico sermonem, quantum licet e fragminibus nobis servatis perspicere, versus, qui colorem Homericum repraesentant, ita sint comparatae, ut nulla indicia serioris aevi [1]), quo haec vertebantur et mutabantur in pejorem partem, prae se ferant. Nunc fortasse contingit, litem inter VV. DD. de laudato Pausaniae loco [2]) componere ac dirimere. Etenim antiquum poetam, Callinum, ut Salmasius [3]), Schottus [4]), alii [5]) scribendum conjecerant, ibi intelligendum esse negavit Franckius [6]), et nomen Καλλῖνος contra Ruhnkenium [7]) Καλλιμάχῳ conjicientem ita defendit, ut de ejusdem nominis philosopho peripatetico co-

---

79) Arctinus: cf. Wuelln. l. c. p. 81 sq.

80) Stromm. I. p. 333. C.

81) Cf. Naeke ad Choeril. fragm. p. 64 sq.

82) IX, 9, 3. Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐς· τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Κάλαινος, ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταὐτὰ ἔγνωσαν· ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα.

83) Cf. Exercitt. Plin. p. 598.

84) Ad Procl. Chrestom. in Hephaest. Gaisfordii p. 423 sq.

85) Cf. Burmann. ad Vales. Emendatt. p. 110.

86) Callin. p. 22 sq.

87) Ad Callim. fragm. T. I. p. 439. Ernest.

gitet; scilicet si veterem illum poetam ab hoc loco non removisset, tota ejus de Callini aetate ratiocinatio ad nihilum redacta esset; nihilominus autem Welckerus[88]) cogitare videtur de poeta elegiaco et aperte hunc in Pausaniae loco restituit C. O. Muellerus[89]), addens contra Franckium, Olympiade vicesima quinta illum vixisse. Et Franckii sententiam ob artis criticae leges rejicere debemus, quia nimis ille audax est, qui pro hominis plane ignoti nomine philosophum ignotum et fere ignobilem, ad quem nullo pacto in re gravissima Pausanias provocasset, in scriptoris verba intrudit, quamquam non nego, a philosopho peripatetico judicium de Thebaidis auctore exspectari posse; verum nihil in hac re Franckius efficit Aristotelis exemplo, quippe qui scripsit librum, qui est de poesi, in quo bene poterat, uti fecit[90]), de Margite Homerico agere; ejusdem autem argumenti librum Callinum istum scripsisse, non demonstravit Franckius. Neque quod idem Franckius dicit, multorum qui de hac re optimum praestare potuissent judicium, cum scripta tum nomina in communi literarum naufragio periisse, id ejus rem tuetur, quum eodem jure hoc argumento uti possint ei, qui legunt Καλλαινος. Recte autem ex mea sententia Franckius rejecit Ruhnkenii conjecturam[91]), quoniam nimis a codicum ductibus recedit neque in virum, cui ex professo de Thebaide ejusque auctore dicendum

88) Aesch. Tril. Prom. p. 372. ubi de Epigonis: welches man nicht gleichzeitig mit der schon von Callinus erwaehnten homerischen Thebais zu denken braucht. At cf. cap. II.

89) Prolegg. p. 141. Cf. Schoell. l. c. T. I. p. 140.

90) Cf. Aristot. Art. Poet. 4, 10.

91) Quam mire defendit Osann. in Annal. qui dic. Hermes. ann. 1828. fasc. II. pag. 221.

rat in πίναξι παντοδαπῶν συγγραμμάτων, verba φιχόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην quadrant. Variis itur VV. DD. sententiis recensitis, jam restat, ut uid nos de loco vexatissimo judicemus, brevi inicemus. Et quum Pausanias gravem testem affeat, ut ex eo patet, quod multi eique non contemendi viri illum testem sequuti sunt (ἔγνωσαν), neue, quamvis idem, quod ejus auctoritatem valde uget, in transcursu tantum Thebaidem commenoraverit, Pausanias ei obloqui audet, sed suam ententiam conjecturae instar proponit, virum, qui nagna in antiquitate frueretur auctoritate, a Pausania nuncupatum esse, claro apparet: talis vero quum neque fuerit Calaenus [2]), homo plane ignotus, neque Callinus [3]), philosophus peripateticus, deinde quum verba ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην de poeta cogitare suadeant, et poetae in poematis aliorum [4]) carmina soleant respicere, denique quum in nominibus [5]), praesertim in propriis, codicum in Pausania levissima auctoritas, mutatio vero ipsa fere nulla sit, facere non possumus, quin novissimos Pausaniae editores reprehendamus, quod in Pausaniae textum Callini nomen non posue-

92) Ita legunt Gyrald. de vet. poet. T. II. p. 143. Oper. ed. Lugd. Batav. 1696. Siebelis. ad Pausan. IX, 9, 3. C. G. Mueller. de epic. cycl. p. 67 sq.

93) Ipse Franckius pauca affert de hoc philosopho: cf. Franck. Callin. p. 25.

94) Ita Stesichorus de Scuto Herculis Hesiodeo dixit: cf. O. Muell. Dor. T. II. p. 478. Klein. Stesich. fr. p. 71. et notus est Pindari locus, ubi acrem de Simonide et Bachylide censorem egit: Olymp. II, 195 sq. Boeckh., ubi a Scholiasta et Boeckhio Expll. ad Pind. T. II. P. 2. p. 133. propositam interpretationem recte contra Tafel. Dilucidd. Pind. T. II. tuentur Neue fragm. Bachyl. pag. 3 sq. et C. O. Mueller in Goetting. Gel. Anzeig. 1827. p. 95.

95) Cf. Valckem. Diatr. Eurip. p. 290.

rint. — Voelckerus [95a]) denique contendit, jam ante Hesiodum affuisse Thebaïdes. Nos quidem putamus, in definienda Homeri atque Hesiodi aetate acquiescendum esse in Herodoti [95b]) sententia, quum hanc accurata historiae contemplatio firmare videatur; qua de causa, si nostram respexit Voelckerus Thebaidem, eum a vero aberrasse judicamus. — Est igitur Homerida et unus [96]) quidem carminis nostri auctor, uti omnia, quae possunt cum e veterum scriptis tum ex ipso carmine afferri, evincunt, et recentiorum [97]) solummodo error est, Antimacho carmen adscribere, cujus erroris origo primum in eo sita est, quod Antimachus cyclicis poetis adnumerabatur [98]); quum enim Antimachea Musa Alexandrinis [99]) placeret, in poetarum epicorum canonem [100]), a Ruhnkenio [101]) recentiore demum aevo restauratum, ille receptus est; deinde a serioribus inter poetas antiquissimos [102]) numera-

---

95 *a*) Mythol. d. Japet. Geschl. p. 276.

95 *b*) Herod. II, 53.

96) Quod Hoeckii causa moneo, cf. Creta T. II. p. 324. Cf. not. 35.

97) Primus est Schol. ad Aristoph. Pac. 1269. cf. infr. Gyrald. de vet. poet. p. 147. A. Reines. Var. Lect. p. 36. Schott. ad Procl. Chrestom. p. 419. Gaisf. Casaubon. ad Athen. VII. p. 277. T. IV. p. 24. Schweigh. qui Tom. VI. p. 459. Casauboni errorem correxit; Schwarz Dissert. Sel. p. 41. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 379.

98) Schol. ad Horat. Epist. II, 3, 136. ubi cf. Wieland. T. II. p. 226, qui vero de poetis cyclicis in errore versatur.

99) Cf. Barth. ad Stat. Theb. I, 452.

100) Fabric. Biblioth. Gr. T. I. p. 380. Harl. Schellenb. ad Antim. Reliq. p. 38. Heyne Excurs. I. ad Virg. Aen. II. p. 264.

101) Cf. Ruhnk. Histor. Crit. Oratt. Graec.; add. Wyttenb. Vit. Ruhnk. p. 146.

102) Cf. Phot. Biblioth. p. 103. Bekk.

us, a recentioribus et pro cyclico poeta et pro yclicae Thebaidis auctore habitus est, quum eum Thebaidem confecisse constaret. Nunc quidem iemo [3]), opinor, Antimachum et cyclicae Thebailos auctorem confundet, et jam diu [4]) fuerunt, qui hujus erroris participes non essent, nam opponitur aperte Thebaidi cyclicae Antimachea a Pausania [5]), uti jam vidit Siebelis. —

Caput IV.

THEBAIDIS FRAGMENTA.

1. Ἄργος ἄεισε θεά, πολυδίψιον, ἔνθεν ἄναχτες — Argos cane, Dea, valde siticulosum, unde reges initium plane Homericum, quod servavit auctor Certam. Homer. et Hesiod. p. 492. Loesn. Quod ad verba attinet, fere nihil inest difficultatis; vox sola πολυδίψιον propter VV. DD. conjecturas paucis est illustranda. Δίψος est sitis, δίψιος sitiens,

103) Cf. Heeren Bibl. f. alt. Lit. u. Kunst. fasc. IV. 60 sq. Heyne ad Apollod. T. II. p. 363. C. O. Mueller. Orchom. p. 225. Welcker. Aeschyl. Tril. Prom. p. 359. ej. Append. p. 149. Wuelln. l. c. p. 22. Henrichs. l. c. p. 22. Bach. in Jahn. Ann. Phil. et Paedag. T. VI. p. 211. Thudich. Sophocl. vers. T. I. p. 288.

104) Salmas. ad Solin. p. 595. G. 598. B. Kuester. ad Suid. s. v. Ἀντίμαχος. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 130. ed. Lips. Brunck. ad Arist. Pac. 1269. Schellenb. ad Antim. Reliq. p. 23. Harless. ad Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 379. 391.

105) Cf. Paus. VIII, 45, 5. Itaque superfluum est, hunc locum tam fuse tractare, quam C. G. Mueller. l. c. p. 66 sq.

qua de causa de pulvere [6]) dicitur, πολυδίψιος igitur significat valde sitientem, qui aquam valde desiderat; itaque non recte Athenaeus [7]) nostrum aut Homericum locum respiciens, explicat πολυπόθητος. Est enim perpetuum Argorum epitheton, et jam apud Homerum [8]) invenitur; Hesiodus [9]) verbis mutatis idem dixit, quod, ut omnia ejusmodi [10]), e fabulis originem suam ducit [11]). Necesse igitur non est, scribas cum Politio [12]) πολὺ δ' ἴψιον, quod, etiam si nolles monere, inferri hac conjectura vocem Homero inauditam, sensus jam respuit; idem valet de Spanhemiano πολυίψιον [13]); et stant pro vera lectione grammaticorum explicationes [14]). — Si liceret ex hoc uno versu de toto carmine conjecturam facere, sane dignum illud fuisset Homero, quod si hoc fragmentum cum aliorum poematum exordiis comparamus,

---

106) Cf. Sophocl. Antig. 246. 429.

107) Cf. Athen. X, p. 433. E. ubi plura de vocibus δίψος et διψῆν afferuntur.

108) Cf. Hom. Il. IV, 171. add. interpp. ad Eurip. Alcest. 576.

109) Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον: cf. Gaisf. ap. Dindorf. Hes. p. 91.

110) Nitzsch. ad Hom. Odyss. I, 38. Creuzer u. Hermann Briefe üb. Hom. u. Hes. epist. IV.

111) Eustath. et Schol. Venet. ad Hom. Il. IV, 171. Nitzsch Mythol. Lexic. T. I. p. 184. Klopf.

112) Ad Eustath. p. 1106. edit. Florent. Cf. Passow. Lexic. s. v. πολυδίψιος.

113) Spanh. ad Callim. hymn. in Pallad. p. 656.

114) Cf. Spanheim. ad Callim. hymn. in Pallad. v. 46. Dind. ad Hesiod. p. 91. add. Etymol. Magn. s. v. Ἀπία — — Ἄργος ἡ ἐν πολλοῖς ἔτεσι διψήσασα.

gregie confirmatur; afferam e multis [5]) Iliadis partae a Lesche [6]) compositae initium:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον
ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος

bi languida est oratio et versus claudicant, ut ecte id dicas ab Horatio [7]) asperioribus faceiis perstrictum esse; neque quemquam fugi et a eo poeseos serioris epicae vestigium latere uod Musam neque in carminis vestibulo alloquiur poeta neque rogat ut eum in carmine pangenlo adjuvet, vetustis poetis sane non formula sola et ritus quidam, sed Deorum adoratione inque hos ietate ita erant incensi, ut Musam negligere neas [8]) putarent. Fortasse apud Leschem, uti apud Virgilium [9]), post prooemium Musa invocabatur. — Nostrum versum sine dubio breve prooemium excepit, in quo ex more Homerico [120]), quid sibi propositum esset, declaravit poeta, hunc fere in modum: Argos celebra, Dea, urbem illam, ex qua contra Thebas multis copiis duces

115) Quae collegerunt Schrad. ad Mus. p. 72. ed. Lips. Brunck. ad Apoll. Rhod. Argon. I. init. T. I. p. 189. ed. Lips.

116) Cf. Vit. Hom. c. 16. p. 5. Barnes. — Olymp. 33. vixit Lesches: Cf. Not. 76.

117) Cf. Horat. Epist. II, 3, 136 sq.

118) Etiam lyrici plerumque sequuti sunt epicos poetas: cf. Alcman. fragm. I. II. IV. V. VIII. Welck. Stesich. nr. LV. Klein., quamquam Leschi viam monstrasse videntur: cf. Alcm. fr. XXXI. Welck. Plura collegit de hac re Noehden: cf. Seebod. Archiv. f. Philog. u. Paedag. 1829. Nr. 52.

119) Cf. Virg. Aen. I, 8.

120) Cf. W. Mueller Hom. Vorsch. p. 158. Nitzsch. ad Hom. Odyss. I, 9. Dissen. in Gott. Gelehrt. Anz. 1827. p. 43.

egressi sunt celeberrimi, et Thebanos multis malis perlatis vicerunt urbique patriae summam gloriam comparaverunt. — Versu primo videtur defendi posse conjectura, secundum quam carminis initium sive librum primum constituemus; etenim describitur prooemio absoluto, quinam duces et quo modo ex Argis profecti sint; succurrit nunc optime Ἀμφιάρεω ἐξελασία [1]), quae nihil nisi Amphiarai discessum sive librum primum significat, uti statuit C. O. Muellerus [2]). Non autem solius Amphiarai exitum descripsit poeta, sed totum exercitum discedentem adumbravit; quo ordine, non potest dici. Fortasse primus erat

Adrastus, Talai filius [3]), principum princeps, qui et Nestoris et Agamemnonis partes in Thebaide egisse videtur; vir enim est eloquentissimus [4]), quapropter μελίγηρυς nominatur; affertur paucis qui factum sit, ut contra Thebas proficiscatur, et mentione generorum facta, poeta pergit ad

---

121) Cf. Cap. I.

122) Cf. Handb. d. Archaeol. p. 567. ubi dicit de hac inscriptione: "ein Hauptthema der cyclischen Thebais" quod sine dubio nihil significat, nisi accurate descriptum esse in carmine exitum Amphiarai.

123) Cf. Apollod. I, 9, 13; de nomine ejus cf. O. Muell. Dor. T. II. p. 364. Voelcker. Mythol. d. Japet. Geschl. p. 171. Welcker. in Schwenck. Myth. Etym. Andeut. p. 302. De ejus eloquentia cf. Boeckh. ad Pind. T. II. P. 2. p. 155, C. O. Muell. Dor. T. II. l. c.; hinc μελίγηρυς dicitur: Plat. Phaedr. §. 118: τί δαί; τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα cett. ubi cf. Heind. p. 347. neque dubito, quin hoc ex epica poesi sumptum sit; cf. Tyrt. III, 8. ibiq. Klotz p. 115.

124) Consilia igitur sine dubio semper dedit optima, ut Nestor.

Tydeum, Oenei ex Peribœa secundum Thebaidis [5]) auctorem filium ταύτην (sc. Περιβοίαν) ἐξ οὗ μὲν γράψας τὴν Θηβαΐδα πολεμηθείσης Ὠλένου, λέγει λαβεῖν Οἰνέα γέρας; fuit Aetolus, et um Adrasto [6]) ex matre conjunctus, ad quem atria profugus et consobrinorum caede [7]) pollutus enit et Deipylam [8]) in matrimonium ducit. Fuit omo statura brevis [9]), at vir fortissimus et gratia Minervae [10]) florens. Fortasse hoc loco memorata est ejus cum Polynice [1]) pugna.

Polynices Oedipi filius; multa in carmine inerant de Labdacidarum gente, uti fragmenta [2]) robant; nec minus epici poetae, ut tragici hujus stirpis fata describere amant; exstat enim Oedipo-

---

125) Cf. Apollod. I, 8, 4. Schol. Ven. ad Hom. Il. XV, 113. Masgr. ad Valer. Flacc. Arg. I, 387. Ad hoc bellum non pertinet Hom. Il. IX, 525.

126) Cf. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 397.

127) Videtur secundum Thebaidem hanc rem enarrare Schol. ad Hom. Il. XV, 113: ὁ δὲ Τυδεὺς Οἰνέως καὶ Περιβοίας τῆς Ἱππόνου (scr. Ἱππονόου), ὃς ἀνεψιοὺς ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ Λευκωπέα καὶ Ἀλκάθοον ἀπέκτεινεν ἀγρόθι, σὺν αὐτοῖς δὲ ἄκων καὶ τὸν πατράδελφον Μέλανα. συνεδαίνυτο γὰρ αὐτοῖς· καὶ φεύγων τὸν φόνον ἦκεν εἰς Ἄργος καὶ καθαρθεὶς ὑπὸ Ἀδράστου γαμεῖ Δηϊπύλην, τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, coll. Schol. Ven. ad Hom. Il. XV, 120. IV, 376.

128) Cf. Heyne Observv. ad Apollod. p. 245. Valcken. ad Schol. ad Eurip. Phoen. 412.

129) Hom. Il. V, 801. ibiq. Eustath.

130) Hom. Il. X, 285. ibiq. Schol. et Eustath.

131) Eurip. Phoen. 410. Apollod. III, 6. Clavier. ad Apoll. T. II. p. 115. Stat. Theb. I, 408 sq.

132) Cf. v. 2 sqq.

dia [3]), in Cypriis [4]) a Nestore in episodio Oedipi facinora et mala narrabantur, Asius in genealo-

---

133) Hoc carmen omnino Labdacidarum historiam pertractavit; duo versus de Haemone, Creontis filio, citantur a Schol. ad Eurip. Phoen. 1748, ubi Valcken. Oedipodiam esse carmen cyclicum conjecit; certum hoc non est, et ego valde dubito de hac re, quum in Thebaide et Cypriis (cf. n. 134.) Labdacidarum fabulae narratae essent et res in cyclum bis ponere certe ei vitavissent, qui illum componerent; fortasse e parte Oedipodia in cyclo inerat. Auctorem affert marmor ab Heeren. in Bibl. f. alt. Lit. u. K. fasc. 4. p. 59. explicitum Cinaethonem, qui secundum Eusebium vixit Olymp. V.: cf. Heer. l. c. p. 59., Lacedaemonius dicitur, Valcken. ad Theocr. Idyll. *ιη*, 51. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 508. Harl. Grodd. Init. hist. liter. Gr. T. I. p. 38., quod neminem, opinor, morabitur: cf. O. Muell. Dor. T. II. p. 373. Prolegg. p. 433. Welcker. Aesch. Tril. Prom. p. 356.; tribuitur ei falso *Ἰλίου πέρσις*: Schol. Vatic. ad Eurip. Troad. 833.; Heraclea, Wuelln. l. c. p. 52. C. O. Mueller. Dor. T. II. p. 477.; Telegoniam adscribunt Wuelln. l. c. p. 96. Weichert. ueb. Apoll. Rhod. p. 239.; sine dubio scribendum est: "Genealogia", ut elucet e Pausaniae verbis IV, 2, 1. e quibus quum recte derivavissent Meurs. Miscell. Lacon. IV. c. 17. Heeren. l. c. p. 57. Heyne ad Apollod. III, 11, 1. C. O. Muell. Dor. T. I. p. 51. Prolegg. p. 63. Grodd. l. c. Cinaethonem genealogum esse, sine causa eis obloquutus est Weichert. l. c. p. 239. Quum vero solum illud marmor Cinaethoni Oedipodiam tribuat, hujusque auctoritas non major sit quam Schol. Vat. ad Eurip. Troad., dubitari potest, utrum auctor sit nec ne.

134) Auctor est Procl. in Chrestom. p. 24. Henrichs. *Νέστωρ δὲ ἐν παρεκβάσει διηγεῖται αὐτῷ – – καὶ τὰ περὶ Οἰδίπουν καὶ τὴν Ἡρακλέους μανίαν* cett. Fragmenta quae huc facerent, e Cypriis non sunt servata.

iis [5]), Pisander [6]) in Heracleis, auctor Alcmaeonidis [7]) de hac familia loquuti erant; neque Iesiodus [8]) ejusque discipuli has fabulas non celebraverunt, et in pluribus etiam carminibus forasse Oedipi sors [9]) tractata est, quum quaevis fere

---

35) Asius, poeta genealogus, videtur mentionem Labdacidarum ibi fecisse, ubi Epopei gentem persequutus est: cf. Paus. II, 6, 4. et Alcmenen dixit Amphiarai et Eriphylae filiam: Paus. V, 17, 4.; fuit genealogus: Paus. IV, 2, 1. sed etiam carmina de civium moribus composuit: Athen. III, p. 125. C. D. ex quo fragmento tempus, quo vixerit, est definiendum. De hoc poeta cf. Gyrald. poet. vet. p. 178. B. interpp. ad Hesych. s. v. ἐπωστρίδες. Valcken. Diatr. Eurip. p. 59. c. Lugd. Heyne Apollod. T. II. p. 353. Grodd. In. hist. lit. Gr. T. I. p. 37. Panofc. R. Samior. p. 87. Fabricius et Harlejus hunc poetam plane praetermiserunt.

136) Cf. C. O. Muell. Dor. T. II. p. 476.

137) Alcmaeonidis auctorem de Polynice verba fecisse, ex Apollod. I, 8 4. apparet, haec ex Alcmaeonide afferente de Tydeo: *φυγὼν εἰς Ἄργος ἦκε πρὸς Ἄδραστον, καὶ τὴν τούτου γήμας θυγατέρα Δηϊπύλην, ἐγέννησε Διομήδην.* cf. Wuelln. l. c. p. 79.

138) Hesiod. Oper. et D. 160:

καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ
τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ, Καδμηΐδι γαίῃ
ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο cett.

Cf. Schol. ad h. l.; etiam in aliis carminibus de Oedipo sermonem fuisse declarant Scholia Venet. ad Hom. Iliad. XXIII, 679. *καὶ Ἡσίοδος δέ φησιν ἐν Θήβαις αὐτοῦ ἀποθανόντος* (Oedipi) *Ἀργείαν, τὴν Ἀδράστου σὺν ἄλλοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κηδείαν*; hic igitur plane alias fabulas sequutus est, sine dubio Boeoticas, uti jam supra not. 49. conjeci.

139) Cf. Heyne ad Apollod. III, 5, 7. Schuetz. Excurs. I. ad Aeschyl. Sept. contr. Theb. pag. 406 sqq. Welcker. Aeschyl. Tril. Prom. p. 354.

urbs ex ea aliquid sibi vindicaret [140]). Qua de causa quid in hujus gentis historia tragici novaverint, difficile est dictu, neque potest pronuntiari, ab eis summa [1]) licentia mythos fabulasque esse mutatas atque exornatas, quum quot posset fabulas eligere tragicus poeta, si de Hercule tragoediam componere volebat, ex eis liqueat, quae C. O. Muellerus [2]) congessit. Verum nunc est difficillimum probabili tantum conjectura assequi, quid in Thebaide de Oedipo infuerit. Antequam de hac re agam, ipsa fragmenta afferam.

Prius de diris Oedipi fragmentum servavit Athen. XII. p. 465 sq. cujus verba ex Aldina descripsimus Athenaei editione,

Αὖταρ ὁ διογένης ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
Πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
Ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὖταρ ἔπειτα
Χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἥδεος οἴνου.
Αὖταρ ὃ γ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
Τιμήεντα γέρα μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ.
Αἶψα δὲ παῖσιν εοῖσιν μετ' ἀμφοτεροῖσιν ἐπάρας
Ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐριννύν.
Ὣς οὔ οἱ πατρῴαν εἴη φιλότητι δάσαιντο
Ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ πόλεμοί τε μάχαι τε.

Quum hi versus a multis [3]) citentur, varia, quae sequitur, lectio nata est.

---

140) Cf. Pausan. X, 5, 2. ἔδει δὲ ἄρα παθημάτων τῶν Οἰδίποδος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπολειφθῆναι μνημόσυνα. add. Sophocl. Oedip. Colon. 590, Boeckh. dissert. II. de Sophocl. Antigon. p. 36.

141) Ita Henrichs. l. c. p. 84.

142) Dor. T. II. p. 463 sq. unde emendandus Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 269.

143) Cf. Barth. ad Stat. Theb. I, 56. 239. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 67. Schellenb. ad Antim.

Var. Lect.[44]). V. 2. Αὖταρ] B. ἀτάς. — 3. Οἰδίποδι] ita libri; formam tuetur Eustath. ad Hom. Odyss. XI. p. 1648. 40 Rom.; Οἰδιπόδῃ Dind. et Hermann. — V. 5. Χρύσεον,] Χρύσειον B. contra metrum; eadem scripturae discrepantia est Athen. XV. p. 682. — V. 6. φράσθη] hanc lectionem sensus postulat; ἐφράδη ex cod. Hurald. et P. scripserunt Schweigh., Schellenb.; at cf. Spitzn. de vers. her. p. 96. — V. 8. Ἐπάρας] PUL.; ἐπ' ἀράς conjecit sine causa Casaub. ad Athen. l. c., receperunt Valcken. et Schellenb.; sequutus est Schweigh., quum hanc lectionem haberet cod. C., cujus auctoritas non magni momenti est. cf. C. G. Muell. l. c. p. 70. — V. 9. Ἐριννῦν] Valckenarium, ἐριννύς legentem refutavit Schellenb.; ἐριννύν legunt Schweigh., Herm., Wuelln., Frank; ego cum Dindorfio ἐριπύν: cf. Blomfield. ad Aeschyl. Prometh. Vinct. 53. 525. Dind. praef. ad Hom. Il. p. IV. Passow. Lex. s. v. — V. 10. 11.] Omnia turbata sunt; cod. C. plane omisit hos versus; ceteri eadem verba atque Aldina repraesentant; Valcken. levi mutatione scripsit ὡς οὐχ οἱ πατρῷά γ' ἑνὶ cett.; in sequenti versu post ἀεὶ infert Schellenb. εἶεν, qui hiatus non est ferendus; Jacobs. edidit ὡς οὐ δῶ, quod claudicat neque carmine epico dignum est; optime vero conjecit idem εἶεν δ' ἀμφοτέροισιν et ita scripserunt Wolf., Welcker., Frank.; caesurae gratia scribemus ἀμφοτέροις αἰεὶ. Auda-

---

Reliq. p. 79. Wolf ad Hom. Odyss. in fin. Jacobs. Addidam. Animad. ad Athen. p. 247. Wuelln. l. c. p. 59. Hermann. ad Soph. Oedip. Colon. 1377. Franke ad Hom. Hymn. p. 203. Welcker. Aeschyl. Tril. Prom. Append. p. 144. C. G. Mueller l. c. p. 69.

(44) Codices Athenaei descripsit Dindorf. Athen. T. I. praef. p. 3 sq.

cior est Hermannus, cujus conjecturas non debebat in textum recipere Dindorfius, quum alias aperta menda non auferat, ne scilicet conjecturas admittat; scripsit autem Hermannus

ὡς οὔ οἱ πατρώϊ' ἐνηείῃ φιλότητος
Δάσσαιντ', ἀμφοτέροισι δ' ἔοι πόλεμοί τε μάχαι τε

Mea sententia recte rejecit Wuellnerus hanc versuum dispositionem. Ut sub uno conspectu legantur versus emendatiores, apponam eos, ut ego bene illos se habere puto:

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
Πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
Ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
Χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἥδεος οἴνου·
Αὖταρ ὅγ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
Τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ.
Αἶψα δὲ παῖσιν ἑοῖσιν μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπαρὰς
Ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινύν.
Ὡς οὔ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο
Εἶεν δ' ἀμφοτέροις ἀιεὶ πόλεμοί τε μάχαι τε.

At nobilis heros flavus Polynices primum quidem Oedipo pulcram apposuit mensam, argenteam, Cadmi divina sapientis, tum deinde aureum pulcrum poculum suavi vino replevit. At ille ut animadvertit adposita sui patris pretiosa dona magnam concepit animo iram statimque filiis suis ambobus imprecationes funestas imprecatus est: nec latuit Deam Erinnyn: patria ut bona non illis liceat amice dividere, sed sint perpetua ambobus bella pugnaeque.

Hoc fragmentum cyclicae Thebaidi esse adjudicandum evincunt Athenaei [145]) verba: ὁ δὲ Οἰδίπους δι' ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ

145) Cf. XII. p. 465. F.

τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς φησιν, ὅτι αὐτῷ παρέθηκαν ἐκπώματα ἃ ἀπηγορεύκει, λέγων οὕτως.[6]), et nunc sequuntur versus, ad quos alludit Eustathius[7]) hisce verbis: Πολυνείκης καὶ Ἐτεοκλῆς — — ἀπώλοντο ἀλληλοκτονήσαντες διὰ τὰς ἐκ τοῦ πατρὸς ἀράς· ὧν αἴτιον κατά τινας, ὅτι παρέθεντο ἐκεῖνοι τῷ πατρὶ ἐκπώματα, ἅπερ ἐκεῖνος ἀπηγορεύκει. ἦσαν ἐκεῖνα κατὰ τὸν πεποιηκότα τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πατρὸς ἑοῖο τιμήεντα γέρα, τουτέστι τοῦ Λαΐου — — ἄλλοι[8]) δέ γε βρωμάτων τινῶν χάριν τὸν Οἰδίπουν καταράσασθαι τοῖς τέκνοις ἱστόρησαν, λυπεῖ γάρ ποτε καὶ τράπεζα μὴ γέρας ἔχουσα, ὁποία τις καὶ ἡ κατὰ τὸν εἰπόντα, γεραρὴ τυροῦ καὶ μέλιτος πίονος ἀχθομένη[9]). Errant igitur, qui hos versus Antimacho adscribunt[150]). — Cum his versibus conjungendum est aliud fragmentum, quod servavit nobis Schol. ad Soph. Oed. Colon. 1377, quod quomodo cum antecedenti cohaereat in sequentibus ostendemus. Verba sunt: οἱ περὶ Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δι' ἔθους ἔχοντες τῷ πατρὶ Οἰδίποδι πέμπειν ἐξ ἑκάστου ἱερείου μοῖραν τὸν

---

146) Ita enim est scribendum, quum Eustathius quoque semper ad ἐκπώματα, non ad ἔκπωμα alludat: cf. Welcker. Append. ad Aesch. Tril. Prom. 145; Athenaei codices praebent etiam lectiones, quas recepimus.

147) Cf. ad Odyss. Λ p. 1684. Rom.

148) Clare haec ostendunt, quam vere Welckerus et Heynius dixerint, grammaticos veteres non legisse Thebaidem: cf. Welcker. Append. ad Aeschyl. Tril. Prom. p. 145.

149) Videtur in his verbis hexameter latere, quem ita refingas

πίονος ἀχθομένη τυροῦ μέλιτός γεραιὴ.

150) Casaub. ad Athen. l. c. Valcken. ad Eur. Phoen. 68. Schellenb. ad Antim. Rel. p. 78.

ὦμον, ἐκλαθόμενοί ποτε, εἴτε κατὰ ῥαστώνην εἴτε ἐξ ὑποψίας, ἰσχίον αὐτῷ ἔπεμψαν· ὁ δὲ μικρᾶς ψύχως καὶ τελέως ἀγεννῶς, ὁμῶς γοῦν ἀράς ἔθετο κατ' αὐτῶν, δόξας κατολιγωρεῖσθαι. Ταῦτα ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας ἱστορεῖ οὕτως [1]:

Ἰσχίον ὡς ἐνόησε χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον·
Ὤ μοι ἐγώ, παῖδες μὲν ὀνείδειον τόδ' ἔπεμψαν.
Εὔχετο δὲ Διὶ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι
Χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω.

Coxam ut vidit humi projecit et verbum dixit: Vae mihi filii hoc probrum miserunt. Precabatur autem Jovem regem et reliquos immortales, ut suis invicem manibus in Orcum descenderent.

Var. Lect. [2]) — V. 13.] *με* Brunck. Tricl. *μοι* Wuelln. Hermann. Franck., *μὲν* tuetur cod. Laurent. Reisig., neque offendit: cf. Hom. Il. IV, 893. Sophocl. Antig. 634. Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 266. — Ὀνείδειον τόδ'] palmariam Buttmanni conjecturam in Schneider. Lex. s. v. *ὀνείδειος* prolatam recte contra Hermannum defendit Wuellnerus, codices vitiose *ὀνειδείοντες*. — V. 14. Διὶ] ita optime Buttmannus Gramm. Gr. T. II. p. 405. emendavit; add. Boeckh. ad Pind. T. II. P. 2. p. 225.; codd. et editt. omnes Διΐ. — Βασιλῆϊ] ita correxit Triclin.; codd. *βασιλεῖ*. — V. 15. Καταβήμεναι] *καταβῆναι* ex errore praebet cod. Laurent.; omnes editt. legunt *καταβήμεναι*. —

---

151) Emendate statim adscripsi versus, quum vitiis non valde laborent.

152) Herm. ad Soph. Oed. Col. 1377. Brunck., Reisig., in Schol. ad Soph. Oed. Colon. l. c. Welcker. App. ad Aesch. Tril. Prom. p. 148. Wuelln. l. c. p. 60. C. Muell. l. c. p. 71.

Infuisse in Thebaide multa de Oedipo jam manifestum est; causas enim, cur filiis ita irascereur Oedipus, addere debebat auctor, easque nunc inicare volumus. Ex antiqua fabula Oedipus Epiasten [3]) duxit, matrem et Laji patris a filio inerfecti uxorem, quae, quum facinora perpetrata n lucem prolata essent, se suspendit [4]); liberos 'ero cum matre Oedipus non genuit, sed Polyni:em, Eteoclem, Antigonam et Ismenam, ex Eurganea [5]) suscepit, alios ex alia uxore. Post Epiastae autem mortem Oedipus ex antiqua fabula

153) Ita veteres, recentiores *Ἰοκάστη*: cf. Schol. ad Euvip. Phoen. 12. *ἀσφαλίζεται* (scil. *Ἰοκάστη*) *τὴν ὀνομασίαν τῆς Ἡρωΐνης, ἐπεὶ οἱ παλαιοὶ Ἐπικάστην καλοῦσιν, καὶ Ὅμηρος* cett. Hesych. s. v. *καλὴν τ' Ἐπικάστην· ἣν οἱ μεθ' Ὅμηρον Ἰοκάστην καλοῦσιν*, accuratius est Schol. ad Hom. Odyss. XI, 271. *Ἐπικάστην· παρὰ τοῖς τραγικοῖς Ἰοκάστην*; quos propter locos recte Androtioni restituit *Ἰοκάστην* Siebel. ad Androt. Rel. p. 115. Cf. Muncker. ad Hygin. LXVII.

154) Hom. Odyss. XI, 280.
ἡ δ' ἔβη εἰς Ἄϊδαο πυλάρταο κρατεροῖο
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου.

155) Welcker. Aesch, Tril. Prom. p. 358! Euriganeam habet pro Jocastae epitheto, et addit Thudich. vers. Sophocl. T. I. p. 216 sq. Homeri narrationem hoc flagitare; vix putaverim: cf. Schol. ad Eur. Phoen. 53. ibiq. Valcken. et Schol. Eur. ad Phoen. 1748. *φασὶ δὲ, ὅτι — ἔγημεν* (sc. *Οἰδίπους*) *Εὐρυγάνην πάρθενον, ἐξ ἧς αὐτῷ γεγόνασι τέτταρες παῖδες*, add. Pausan. IX, 5, 5. ubi idem affertur ex Oedipodia, quam in pictura sequutus erat Onatas, de quo cf. C. O. Muell. Aegin. p. 107. Orchom. p. 226. de Phid. dissert. p. 12. Welck. Aeschyl. Tril. Prom. p. 308. Sillig. Catal. Artif. p. 317. Boeckh. ad Corp. Inscriptt. T. I. p. 8. 34. unde apparebit, testem eum esse non contemnendum; cf. Apollod. III, 5, 8.

neque exulavit [6]), neque ipse sibi oculos effodit, ut e fragmentorum vss. 6. 12. apparet [7]). Filii autem, Polynices atque Eteocles [8]), a patre, quem matris furiae [9]) cruciant, procreati, contra hunc rebellionem faciunt et ab imperio remotum in carcerem [160]) dant: qua re peracta ipsi imperium tenent; at quum ad sacrificium quoddam publicum patrem infelicem adduxissent, hic, pristina videns regni ornamenta [1]), gravi dolore commotus eoque ductus est, ut filios expiaret; quum autem eum contemnendi speciem filii induant, graviore eos imprecatione devovet. Causa igitur, cur filios exsecret, non est *τράπεζα* neque *δέπας* neque *ἰσχίον*,

---

156) Hom. Odyss XI, 275.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς
ἣ δ' ἔβη εἰς Ἄϊδαο cett.

157) Quamquam scio, *ἔνοησε* etiam significare "intelligebat", quod si ex fragm. cit. versu extricare velles, poetae obscuritatem incusares.

158) Quis natu eorum major fuerit secundum Thebaidis auctorem, non potest definiri, quum opiniones ac sententiae, quae e veteribus scriptoribus afferuntur, inter se non concinant: cf. Argum. ad Aeschyl. Sept. c. Theb. p. 5. Well. Diod. IV, 64. Barth. ad Stat. Theb. I, 143. Valcken. ad Eurip. Phoen. 68. 71. Reisig. Enarr. ad Soph. Oed. Col. p. XXII.

159) Hom. Odyss. XI, 279.
— — — τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ' ὅσσα τε μητρὸς ἐρινύες ἐκτελέουσιν
Cf. Valcken. ad Herod. IV, 149. Siebel. ad Paus. VIII, 35, 2.

160) Cf. Argum. ad Aesch. Sept. c. Theb. p. 5. Well. *ἐπεὶ δὲ οὗτοι* (sc. filii) *τοῦτον* (sc. Oedipum) — — *ἐν οἰκίσκῳ καθεῖρξαν, κατηράσατο αὐτούς, ὥστε διὰ ξίφους καὶ πολέμου τὴν βασιλείαν διαιρῆσασθαι· οὗ ἕνεκα καὶ φοβούμενοι* cett.

161) Cf. fragm. v. 3-7.

ut multi cum Eustathio [2]) acceperunt, sed sita est in filiorum impietate, sita est in furiis, quae Labdacidarum gentem occidione occidunt. Nihil igitur est, quod possit derisui esse obnoxium et una cum Scholiasta ad Sophoclis Oedipum Coloneum [3]) peccavit Reisigius [4]), quod, de hac Thebaidis parte calidius ferens judicium, poetae malam atque infelicem inventionem accusavit. Intelligitur nunc fragmenta, quae tractavimus, ad unum idemque carmen pertinere, uti ante nos jam docuit Welckerus [5]), a quo in eo tantum discessimus, quod alio loco aliaque occasione Oedipum diras edixisse statuimus, quoniam facilior nunc videbatur esse poetae excusatio et defensio. — Oedipi vero diris permoti filii, quo patris imprecationes irritae reddantur, imperium ita dividunt, ut alternis [6]) annis

---

162) Athen. XI. p. 465. Eustath. ad Hom. Odyss. XI, l. c.; cf. Not. 148, cujus veritas iterum probatur.

163) v. 1377. cf. supr. pag. 40.

164) Cf. Enarr. ad Oedip. Colon. p. XXIV. aliter jam judicaverant Ruhnk. ad Callim. T. I. p. 429. Ern., Herm. ad Orph. p. 687. Omnino nostro tempore nimis contemnuntur carmina cyclica, quamvis suis virtutibus non careant: cf. Hemsterh. ad Polluc. X, 86. Dissen. in Goett. Gelehrt. Anzeig. 1827. p. 35.

165) Cf. Aeschyl. Tril. Prometh. Nachtr. p. 149 sq. et Aesch. Tril. p. 358, cujus defensio, quamquam satis refutat Reisigium, nunc ne necessaria quidem videtur.

166) Cf. Schuetz. l. c. Apollod. III, 6, 1; Argum. Aesch. Sept. c. Theb. p. 5. Well. — — *συμπεφωνήκασι δὲ, ἵνα τοῦ ἑνὸς ἐξερχομένου τῆς πόλεως καὶ ἀποδημοῦντος, ἐπὶ χρόνον ἕνα ὁ ἕτερος βασιλεύοι, καὶ πάλιν τοῦ ἀποδημοῦντος εἰσερχομένου, ὑποχωροίη ὁ ἕτερος, ὡς ἂν ἐκ τούτου φύγωσι τὴν ἀράν.*

regnent; sed quum venirent in controversias, Polynices, auctor [7]) rixarum, Argos ad Adrastum [8]) confugit, ibique cum Tydeo certamen [9]) init, quod Minerva fortasse, heroum atque imprimis Tydei [170]) adjutrice, intercedente, Adrastus dirimit [1]) et Tydeo Deipylen, Polynici Argiam [2]) in matrimonium dat. — Breviter in fine aut in initio, quot et quales copias Polynices ducat, enarratur.

Capaneus, Argivus, Hipponoi filius [3]), vir fortissimus atque atrocissimus; fortasse narrabatur hoc loco, quantum in modum Evadne [4]) uxor maritum amaret.

Hippomedon, Aristomachi aut Talai [5]) filius, Argivus.

---

167) Hanc fabulam sequutus videtur Thebaidis auctor, quia tum invisior fit Polynices Argivis et bellum magis injustum, cf. Welcker Aesch. Tril. Prom. p. 357.

168) Cf. Heyne ad Apollod. III, 6, 2. Schuetz l. c. Siebel ad Pausan. IX, 5, 6. Clavier ad Apollodor. T. II. p. 395. cf. Not. 131.

169) Eurip. Phoen. 410. et Euripides saepe e cyclicis poetis hausit: Valcken. Diatr. Eurip. p. 26., Apollod. III, 6. ibiq. Heyn. Schol. Bekk. ad Hom. Iliad. IV, 376.

170) Hom. Il. X, 284 sq.

171) Apollod. III, 6, 1, 5. Stat. Theb. I, 408. ibiq. Barth. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 115.

172) Oraculum affert e Mnaseo Schol. ad Eurip. Phoen. 412. ibiq. cf. Valcken., Schol. Bekk. ad Hom. Il. XV. 113. Heyne ad Apollod. T. II. p. 245.

173) Apollod. III, 6, 7. Serv. ad Virg. Aen. I, 48. Valcken. ad Schol. ad Eurip. Phoen. 185.

174) Cf. Eurip. Suppl. 990 sq.

175) Apollod. II, 6, 3. Cf. Klopfer. Mythol. Lexic. T. I. p. 874.

Eteoclus, Iphidis filius [6]), Argivus, nam a oeto [7]) descendit; eum non omnes inter duces ıtra Thebanos numerare, monet Apollodos. [8]); ex Argivorum fabula eum affert Pausaas [9]), quà de causa sine dubio interfuit expeioni; praeterea Iphis quoque Polynicis est amis, et hunc docuit, quo modo contra Amphiaraum endum esset.

Mecistheus, filius Talai et frater Adrasti [180]), :givus; ab omnibus inter duces non est nueratus.

Parthenopaeus, Arcas [1]), non Argivus [2]), nam cunt, Arcades auxilia Argivis misisse; quae sine

---

6) Apollod. l. c.; Iphis inter Argonautas numeratur, cf. Burmann. Catal. Argon. s. v., qui in eo erravit, quod a solo Valerio hunc ad Argonautas referri dicit: cf. Schol. ad Apollon. Rhod. Argonaut. IV, 228.

7) Ut etiam Capaneus: cf. Apollod. III, 6, 3. — Cf. Eurip. Suppl. 817.

8) Apoll. III, 6, 3, 4. *τινὲς δὲ Τυδέα μὲν καὶ Πολυνείκην οὐ καταριθμοῦσι· συγκαταλέγουσι δὲ τοῖς ἑπτα Ἐτέοκλον Ἶφιος καὶ Μηκιστέα.*

9) Pausan. X, 9, 2. *καὶ οἱ ἀπόγονοι Προίτου, Καπανεὺς Ἱππονόου καὶ Ἐτέοκλος Ἶφιος* scil. cum Polynice Thebas oppugnatum iverunt.

30) Cf. Not. 178. Heyne ad Apollod. III, 6, 3. Siebel. ad Pausan. IX. 18, 1. de ejus facinore celeberrime Thebis gesto cf. Hom. Il. XXIII, 677. Pausan. I, 28, 7.

31) Eurip. Phoen. 150 sq. ibiq. Schol. et Valcken., ejusd. Suppl. 888. Aeschyl. Sept. c. Theb. 512. Sophocl. Oed. Colon. 1320. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 398.

32) Argivum esse Parthenopaeum ex Aristarcho et Philocle refert Schol. ad Sophocl. Oedip. Colon. 1320. et ab eis est probatum hoc, qui omnes Argivorum duces inter se conjunctos esse volunt. Omnia confundit C. G. Mueller. l. c. q. 73. — Cf. infr.

dubio duxit; fuit filius Atalantae et Melanionis [3] quamquam Pausanias [4]) Talai filium fuisse, qui contra Thebas profectus sit, aperte dicit, et Euripides ita ejus vitam enarrat, ut Arcadum [5]) dux existimari nequeat. Quum autem Pausanias [6]) in loco, ubi dicit Arcades auxilium Argivis tulisse ex Thebaide hausisse videatur, melius ducimus, eum pro Arcade habere.

Polyidus [7]), vates, expeditionis Argivorum contra Thebanos Calchas, quem belli participem fuisse jam Heynius [8]) recte ex Athenaeo [9]) collegit; plures hujus nominis vaticinatores inveniuntur, noster autem una cum Amphiarao a Melampode descendit [190]), ad cujus gentem clarissi-

---

183) Klopfer Mythol. Woerterb. T. II. p. 423.

184) Cf. Pausan. III, 12. IX, 18.

185) Eurip. Suppl. l. c.

186) Pausan. IX, 9.

187) *Πολύειδος* unice vera forma est: Valcken. Diatr. Eurip. p. 207. Heyne ad Homer. Il. Vol. VI. p. 484. Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 266.

188) Cf. Heyne ad Apollod. III, 3. T. II. p. 221.

189) Cf. Athen. XI, init. Cf. infr.

190) Melampodidae quum esent in tota antiquitate propter vaticinandi artem eis propriam celeberrimi, eos in multis carminibus celebratos esse, non est, quod mireris sis. Hinc multae varietates. Hesiodus in Catalogo Mulierum eorum mentionem fecit: Eustath. ad Homer. Odyss. N, p. 1746. coll. Ruhnk. Epist. Crit. I. p. 109. Lugd., in Eoeis: Schol. ad Apollon. Rhod. I, 118, in Melampodia, ubi omnes videntur clari vates decantati; Simonides: Boeckh. ad Schol. ad Pind. Olymp. XIII. p. 180, Pindarus, qui Amphiaraum summo opere laudavit: cf. Pind. fragm. T. II. P. 2. p. 647. Boeckh., denique Homerus, Odyss. XV, 225. et sine dubio Thebaidis auctor, quoniam et Amphiaraus et Polyidus recta a Melam-

iam eum pertinere praeter Homerum aliosque

pode genus ducunt; postremo Pherecydes, tragici, alii, cf. Valcken. Diatr. Eurip. p. 205 sq. ed. Lips. Clarum vero ex hujus gentis historia fit, qui factum sit, ut in Alcmaeonide inessent plurima ex Acarnaniae et Aetoliae fabulis petita: cf. O. Muell. Dor. T. I. p. 253. Est autem Melampodidarum gens propterea clarissima, quod qui ad eam pertineant, omnes fatidici sunt. Negat quidem hoc Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 264 sq. at ita jam rem firmaverat O. Muell. Prolegg. p. 352. ut Lobeckium hunc contra disputasse jure possis mirari. Neque omnia Muelleri argumenta Lobeck. affert eaque studet refutare; nihil enim invenies de Nelidis, exemplo clarissimo; de solo Panthoo et Polydamante dicit. Negat Panthoum Apollinis sacerdotem fuisse, quod, quum Polydamantem, filium ejus, Apollo servasset, Mueller. posuerat, quia testes non adsint, (variarum enim rerum inter se comparationi aut, ut ita dicam, combinationi loco cit. nihil tribuere videtur Lobeck.) negat, Polydamantem vatem fuisse, quippe qui ille ipse ad augures tamquam ad judices provocaverit. Ast vero nonne augur optimus ad alios augures potest provocare, si populo, ut ad vates augurescque se convertat, suadet? Deinde quod de Melampodidis Lobeck l. c. dicit, non omnes vaticinandi scientia praeditos fuisse, id contra virorum nomina pugnat; tum, quod dicit, eis, qui illam scientiam nacti sint, illam Apollinis dono concessam esse, id de Amphiarao quidem et Polyido bene habet, sed non de Theoclymeno, qui in pulcherrimo Odysseae loco (XX, 345 sq.), cujus vim mea saltim sententia plane non perspexit Lobeck. l. c. p. 264, singulari sane, sed etiam solito sapore imbutus est et non ventura naturaliter praesagit. Denique respiciendus est locus Hesiodeus fr. XLVIII. Dind.

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδαισι,
Νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δὲ πορ' Ἀτρεί δῃσι,

— Stemma, quod servavit Hom. Odyss. XV, 252 sqq.; quum antiquissimum sit, videamus, quo modo variatum sit; Homericum hoc est

asserit epigramma, quod Pausanias [1]) servavit.

Melampus
|
Antiphates. Mantius
| |
Oicles Polyidus. Clitus
| |
Amphiaraus. Theoclymenus. Euchenor
|
Alcmaeon. Amphilochus.

Schol. Bekk. ad Hom. Il. XIV, 664. Pherecydis de hac gente stemma nobis tradunt et hoc quidem; Melampus — Mantius — Clitus — Coeranus — Polyidus — Euchenor et Clitus. — In hoc stemmate varias conjunxit fabulas Pherecydes, nam etiam Pindarus Polyidum *Κοιρανίδαν* dixit: Olymp. XIII, 69. cf. Apollod. III, 3, 1. fortasse secundum fabulas Corinthiacas: cf. Hom. Il. XIII, 665; Clitus II. autem suspectum reddit Coeranum, quum, si Coeranus abesset, e Graecorum more Clitus nomen teneret, quod sensit fortasse is, quem Pausanias sequutus est: I, 43, 5, qui quidem e tragicis videtur hausisse, quoniam Megarae meminit et Clem. Alexandr. Stromm. I. p. 399. Sylb. dicit: *Πολύειδός τε ἐν Ἄργει καὶ ἐν Μεγάροις, οὗ μέμνηται ἡ τραγῳδία.* Stemma autem a Pherecyde compositum satis superque studium prodit extendendarum et amplificandarum genealogiarum, prodiens ex historiae cum mythis conjunctione, quam logographi statuebant. Confusius est Pausaniae l. c. stemma, ubi Abas sine dubio ex Homer. Il. V, 148. in hanc gentem translatus est. Quo autem modo Clitus in Pherecydis stemma venerit, indicavit Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 263. Quum autem semper insit in Melampodidarum gente Polyidus, mirum cuique videbitur, qui factum sit, ut in Odysseae loco l. non nominetur vates celeberrimus, sed ejus locum obtineat Polyphides quidam ignotus atque obscurus, quem removere ex Homero nemini hucusque in mentem venerit: cf. Siebel. ad Paus. VI, 17, 4. Sturz. Pherecyd. fragm. p. 211. Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 266 not. Etenim restituendus est in Odyss. l. c. *Πολύειδος*, uti sensit for-

ım autem fieri soleat, ut, si gens aliqua celebris est alde famosa, variis locis [2]) varia dea fingantur, m Polyidi majores a scriptoribus vario modo runtur. Praeter Athenaeum id quoque eum exitioni Argivorum interfuisse docet, quod filii s inter Epigonos numerantur, quamquam nescis, utrum ipse diem obierit supremum ante The-, necne.

Amphiaraus, Oiclis filius [3]), Melampodida, vir tissimus et vates celeberrimus [4]); comparari est cum Achille, sine quo bellum suscipere ı poterant Argivi;, simulque celerrimus [5]) fuisse

---

tasse jam Welcker. Aeschyl. Tril. Prom. p. 311., quod evincunt vs. 253. 254.; deinde, quum hic quadrent, quae de Idmone monuit C. O. Muell. Orchom. p. 260., vati plane ineptum est nomen *Πολυφείδης*; denique quum habeat semper et ubique *εἰδέναι* digamma atque hoc certissime cohaereat cum litera *φ*, cf. Thiersch. Griech. Gramm. p. 238., non est, quod commonstrem, quam facile lectio *πολύφειδος* depravari potuerit in *πολυφείδης*.

1) Cf. Pausan. VII, 17, 4. ibique Siebel.

2) In Creta degit Polyidus: cf. Hoeck. Cret. T. III. p. 293., qui meae not. 190. prolatae sententiae adstipulari videtur, quamquam clare et disertis verbis hoc non profitetur; add. Clavier. ad Apollod. T. II. p. 358.

3) Apollod. III, 6, 2. Muncker. ad Hygin. fab. LXX.

4) Cf. Hom. Odyss. XV, 244 sqq. interpp. ad Herod. VIII, 134.

5) Notus est versus Stesichori apud Athen. IV. p. 172 E., fragm. III. Klein.

Θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάραος, ἄκοντι δὲ νίκασεν Μελέαγρος

ibiq. Klein. p. 59. Hic locus Valckenario fortasse obversabatur, quum apud Apollod. III, 6. 4. *ἅλμασι* corrigeret: cf. infr.

tradiţur. Sine dubio in Amphiarai ἐξελασίᾳ, quam nunc tractamus, primum narrata erant viri fata ante bellum, cujus tum particeps erat; interfuerat enim apri Calydonii [6]) venationi et ex nonnullorum sententia Argonautarum [7]) expeditioni. Tum contra Adrastum seditione mota cum eo inimicitias [8]) contraxit, quibus Adrastus ad Polybum [9]) Corinthi regem, confugere cogitur; tempore autem nonnullo praeterlapso in pristinam amicitiam redeunt et Adrastus Amphiarao sororem Eriphylen [200]) in matrimonium dat, certum concordiae pignus. Nullae tunc inimicitiae: at quum Polynices ac Tydeus Argos pervenissent, hosque in patriam reducere agitaret Adrastus, Amphiaraus, infelicem belli finem suamque mortem praevidens, contra expeditionem in concione [1]) vehementer dicit et belli exitum exponens [2]) Argivos maximo opere horta-

---

196) Apollod. I, 8, 2, 4.

197) Burm. Catal. Argon. s. v. Kleine ad Stesich. fragm. p. 59.

198) Quas falso enarrat Larcher. in Memoir. de l'Academ. d. Inscript. T. XLVIII. p. 256., correxit Dissen. ad Pind. Nem. IX. T. II. P. 2. p. 455.; add. Siebel. ad Pausan. II, 6, 3.

199) Cf. Herod. V, 67. ibiq. interpp. Pausan. II, 6.

200) Ovid. Art. Amat. III, 13.

201) Nam Adrastus solus non poterat bellum decernere: Hom. Odyss. VIII, 25 sq. ubi Alcinous populo indicat, Ulyssem esse reducendum in patriam; cf. Wachsmuth. Hellen. Alterth. T. II. P. 1. p. 159 sq.

202) Amant veteres poetae epici bellorum aut conatuum exitus praedicere; ita in Odyssea Tiresias Ulixi fata nuntiat, XI, 90 sq. in Cypriis Alexandro et Helenae Helenus et Cassandra: cf. Procl. Chrest. p. 20. Heinrichs. καὶ Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ προθεσπίζει· καὶ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει, καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ; in Iliade parva Graecis Helenus: cf. Proc

r, ne levitate quadam animi homines Diis invisos ıxilio augeant. Nihilominus sive propter Adrasti [3]) ɔquentiam sive propter nimiam, Tydei [4]) ferocitat m atque jactationem bellum decernitur: qua re ıum se nihil efficere Amphiaraus intellexisset, se ıdidit [5]) eo consilio, ne mortem ante Thebas op- teret, solique uxori [6]) latibulum, quod sibi elegerat, dicavit. At vero aut Polynices ab Iphide [7]) qua ra- ɔne contra Amphiaraum agendum esset edoctus, aut drastus ipse Eriphylen [8]) monili illo fatali aureo [9]) ırruptam eo adducunt, ut, ubi sit Amphiaraus, is aperiat: quem nunc ad Eriphylen uxorem du- ınt, ut haec, utrum Amphiaraus belli socius fu- rus sit necne decernat. Eriphyle corrupta e

---

l. c. p. 83. Wuelln. *Ὀδυσσεὺς — Ἕλενον λαμβάνει καὶ χρήσαντος περὶ τῆς ἁλώσεως* cett.

3) Qui pro Polynice dicebat. — Cf. supr. not. 201.

4) Hoc significat Aeschyl. Sept. c. Theb. 560. Br. — Cf infr. not.

5) Apollod. III, 6. 2.

6) Cf. Hygin. fab. LXXIII.

7) Cf. Heyne ad Apollod. T. II. p. 245. Ab Apollod. l. c. dissentit Hygin. l. c.

8) Cf. Dissen. ad Pind. Nem. IX. T. II. P. 2. p. 455; sine dubio multa inerant in Thebaide de hac muliere, ut sequentia demonstrant; vidit hoc jam Welcker. in Jahn. Ann. Philol. et Paed. T. IX. p. 255; at non recte idem ibidem mihi videtur dixisse, Aesculapii fabulas in carmine nostro esse celebratas, quum Aesculapii fata a schola Homerica non sint decantata, sed tantum Hesiodeis poetis tractata.

9) Hygin. fab. LXXIII. Hinc apud Hom. Odyss. XI, 326.

— — — *ἶδον, συνγερήν τ' Ἐριφύλην*
ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα

Cf. Schol. ad Hom. l. c. Scripsit et Stesichorus Eriphylam, cf. Kleine Stesich. fragm. p. 74 sq.

Polynicis et Adrasti sententia decernit [210]), Amphiaraus, jam nullum sibi esse refugium ben tenens, ad bellum omnia parat, simulque uxor fraudem optime perspiciens, ne illa sibi super stes futura sit apud animum suum statuit. Adduc filios, Alcmaeonem atque Amphilochum, et illis prae cipit quid, si ipse ante Thebas mortem oppetierit, agen dum sit. Majorem natu filium, Alcmaeonem, jur obstringit jurando, ut, si interfectus sit ipse, ma trem obtruncet [1]); Amphilocho autem praecept multa dat et celeberrima, quae egregie Pinda rus [2]) secundum Thebaidis auctorem expressit. Jam hujus rei causa Thebais sine dubio veteribus erat ce lebrata, et multa ex illa in proverbium abierant. Unum eorum carmini nostro praeclare restituit Boeck hius [3]), quum sine auctoris nomine laudaretur [4]) e falso ab Eustathio [5]) Clearcho [6]) tribueretur

---

210) Cf. Apollod. III, 6, 2, 2-6. Clavier. ad Apol lod. T. II. p. 396.

211) Heyne ad Apollod. T. II. p. 257.

212) Fragmenta sola supersunt, quae Boeckhius pr scolii cujusdam reliquiis habet, cf. T. II. P. 2. pa 650 sq.

213) Pind. T. II. P. 2. p. 652, consentit Welcker. a Theogn. Reliq. 419. p. 24.

214) Cf. Athen. VII, p. 317. *Α. ὁμοίως ἱστορεῖ κα Κλέαρχος ἐν δευτέρῳ περὶ παροιμιῶν παρατιθέμενο τάδε τὰ ἔπη, οὐ δηλῶν ὅτου ἐστὶ* et nunc sequun tur vs. cit.

215) Eustath. ad Hom. Odyss. V. p. 1541. Rom. d polypode dicit, — — *διὸ Κλέαρχός τις ἔφη πο λύποδός μοι τέκνον ἔγων νόον, Ἀμφίλοχ' ἥρως, τοῖο ἐφαρμόζου, ὧν κε δῆμον ἴκηαι*, ut vitiose in edition recentissima legitur. Eustathium jam notavit Boeck l. c.

216) Falso Athenaeum, quem excerpsit, intellexit Eu stathius. — Alludit ad versus, quos tractavimu Theogn. 215 Brunck. 419 Welck.

Πουλύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον, Ἀμφίλοχ' ἥρως,
Τοῖσιν ἐφαρμόζου, τῶν κεν κατὰ δῆμον ἵκηαι
Polypodis mihi, fili, mentem tenens, Amphiloche heros,
Eis te accommoda, quorumcunque, ad populum veneris.

Πουλύπου ὀρχὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρῃ τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
Antigon. Caryst. cap. XXIX. p. 55. Beckm.

Πουλύποδος ὡς τέκνον ἔχων ἐν στήθεσι θυμὸν Τοῖσιν ἐφαρμόζειν.
Saepe mutatus est versus, cf. quae attulit Niclas. ad Antig. Caryst. p. 56. Beckmann. De ejus sententia cf. Boeckh. ad Pind. l. c. Welcker. ad Theogn. p. 105. Abiit haec sententia uti saepe factum in proverbium, cf. Naeke ad Choeril. fragm. p. 120. 170 sq. Welcker. ad Theogn. Prolegg. p. LXXXI. Matthiae ad Alc. fragm. p. 40, qui quidem non debebat pro Hesiodeo afferre *ἀρχὴ ἥμισυ παντός* quum hoc ad hunc poetam non sit referendum: cf. interpp. ad Luc. Somn. 3. Mitscherl. in Callal. Lectt. hib. 18^{26}_{27}. — Quod denique ad polypum in fragmento allatum pertinet, de eo egerunt Athen. VII, p. 317. ibiq. Schweigh. et Casaub., Antig. Caryst. c. 25. ibq. Beckmann. p. 54. 99. 150; denique Lennep. ad Phalarid. Epist. LXV. p. 196 ed. Batav., qui in eo errat, quod Pindarum hoc pisce primum in comparatione usum esse dicit. Polypus primo memoratur ab Hom. Odyss. V, 453, ubi de ejus calliditate nihil invenitur, immo in Hymn. Hom. Apoll. Pyth. 78. bestiam contemnendam videtur significare; tum ab Hesiod. *ἔργ. κ. ἡμερ.* 522, ubi observante Scholiasta *ἀνόστεος* audit. At postquam veteres animadverterant, quam callide polypus pisces sibi caperet, Aristot. Hist. Anim. IX, 57. Casaub. ad Athen. l. c. et alia hujusmodi, eum pro bestia callida habuerunt, hinc Theogn. 215. Br. 419. Welck.; quum autem accuratius in piscis naturam inquirerent, pro bruto animali eum habendum esse mox intellexerunt, et ita eum in comparationibus adhibuerunt comici: cf. Athen. VII. p. 317.

Variet. Lect. 16. Νόον] νόου U. L. — 17 Εφαρμόζου] ita C. et Eustath. ἐφαρμόζων PUL — τῶν κεν κατὰ] ὧν κεν κατὰ Schweigh. e Dind., ὧν καὶ APBU. ὧν κε C. et Eustath ὧν ἄν καὶ L. τῶν κεν καὶ Boeckh.; ego scripsi τῶν κεν κατὰ quum καὶ illud non necessarium videatur; τῶν ἂν κατὰ Welcker. ad Theogn. p. 24. — Amphiaraus [7]) cum ducibus contra Thebas iter tendit. — Haec fuit Ἀμφιάρεω ἐξέλασία primum fortasse Thebaidis librum explens; catalogus enim heroum, quod statim in initio positus est, conjecturae nostrae non obstat, quum sine dubio Apollonius Rhodius in componenda Argonauticorum forma antiqua carmina sequutus sit; tum amaverunt veteres epici poetae ejusmodi copiarum recensiones [8]) poematis inserere. Nunc autem pauca de Catalogo ipso disserendum est; nam miretur fortasse quis, quid sit, quod ego tam magnum heroum numerum attulerim, quum septem fuisse tamen inter omnes constet. At vero Pausanias [9])

---

217) Discedentem cum Eriphyla Amphiaraum pictum vasis repraesentat: Scotty illustr. di un vaso Italo Greco. 1811.; aliter arca Cypseli: Pausan. V, 17, 8. cf. Welcker. Zeitschr. f. Geschicht. u. Auslegg. d. alt. Kunst. T. I. p. 538 sq. O. Mueller. Handb. d. Archaeol. p. 35.

213) Stasinus in Cypriis Trojanorum catalogum confecit: Procl. Chrest. fin. καὶ κατάλογος τῶν τοῖ Τρωσὶ συμμαχησάντων. Hinc Choerili recensio copiarum Persicarum in Perseide. cf. Naeke. ad Choeril. p. 129.

219) Paus. II, 20, 4. ἐπανιόντι δὲ ἐκεῖθεν, ἀνδριάντα ἑστήκασι Πολυνείκους τοῦ Οἰδίποδος καὶ ὅσοι σὺ ἐκείνῳ τῶν ἐν τέλει πρὸς τεῖχος μαχόμενοι τὸ Θηβαίω ἐτελεύτησαν. Τούτους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνων ἑπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύλος, πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων καὶ Μεσσήνης καὶ τινων Ἀρκάδων στρατευσαμένων. Τούτων δὲ τῶν ἑπτὰ (ἐπηκολούθη

